Nummer des Betts.	
Zimmer.	
Vor= und Zunamen:	
Stand und Gewerbe.	

OBSERVATIONES
MEDICAE
VARII ARGVMENTI.

PRAEMITTITVR

METHODVS EXAMINANDI AEGROS.

EDIDIT

IOSEPHVS EYEREL.

SYLLOGE I.

VIENNAE ET LIPSIAE,
APVD GEORG PHILIPP WVCHERER.
MDCCLXXXVI.

Celſiana dictio: non item amor veritatis, candorque animi, quo tandem omne redit de hoc labore judicium. Viſa ſcripſi, quamvis prolixius, et inconcinne: et horum quoque minima pars ad me pertinet. Morbi enim ipſi aegrorum pars, medendi methodus Praeceptoris, reliqua, conſignatio et ſparſae adnotationes mei, hominis tenuiſſimi, tenuis labor. Id quoque lubentiſſime profiteor, quotidianas tantummodo morborum formas deſcriptas eſſe lippis et tonſoribus notas, quamvis fortaſſe aliqua excuſatio exinde accedat, quod ex iiſdem vulgatiſſimis morbis homines quotidie pereant. Haec me praefatum fuiſſe ignoſce, et ſi Tibi verboſius dicta videantur, memineris,

me

me cum Marco Tullio Cicerone, *si res parvas magnis comparare liceat, oratiunculam* pro domo *scriptitasse.*

Vale!

ME-



METHODUS
EXAMINANDI AEGROS.

Exactam omnium earum rerum ſcientiam, quae in aegro homine morbum praeceſſere, aut in praeſenti praeter naturam contingunt, ad cognoſcendos curandosque morbos plurimum conferre et antiquitus et noſtro etiam aevo a magnis in arte medica viris traditum eſt. Accuratam fidamque morbi hiſtoriam tanti fecerat magnum illud italarorum quondam medicorum decus *Baglivius*, ut

eam *Medicinam primam* *) recte dixerit. At mirabatur quoque vir sagacissimus Medicos plerosque has morborum praenotiones in artis ignominiam et aegrorum suorum perniciem negligere: nam in peragendis observationibus methodum atque ordinem non adhibere, sed prout faciunt homines in tenebris, omnia confuse palpare et pertentare, donec casu rectam viam inveniunt; vel prout homines in eremo, qui a fortuito rerum concursu consilia capiunt, ordine interrupto ac praepostero, easdem observationes hinc inde petere, atque adnotare.

Ut autem pura et exacta habeatur morbi historia prout ex ipsa natura rei profluit, et ab aegro ipso describitur, accuratum aegri instituendum est examen, quo tam praeterita, quam prae-

*) Baglivius de praxi medica L. II.

praeſentia innoteſcant, et futura quoque, divinatione quadam a cognitis ad incognita traducta, facilius appareant. In quo genere examinandi duo omnino vitanda ſunt, ne medicus ſymptomatum multitudine obruatur, aut in confuſa aegri narratione conquieſcat.

Quod ergo uno obtutu perviderì non poteſt, id per partes, unam poſt alteram inſpiciendo, fieri oportet. Ordo itaque per locos quosdam communes condendus eſt, quibus hoc examen aegri ad certa quaedam capita revocetur: quae quidem methodus et facilis eſſe debet, ne potius impedimento, quam adjumento ſit: dein completa, ut omnia, quae in aegro praeter naturam contingunt, ſub ea comprehendantur, ne aliquod ſymptoma medici attentionem effugere queat. Via, qua anatomicorum more incedimus, adjectis excretionibus et quali-

tatibus laesis, omnium simplicissima videtur.

Ut autem, quaecunque aeger de morbo suo narraverit, aut ad quaesita responderit, non vagam et aequivocam significationem habeant, singula propriis, vocabulis breviter et adaequate notanda sunt, verbo: idioma vulgi in idioma artis traducere debet medicus.

Tanta certe examinis ad has leges exacti necessitas est, ut celeberrimus *Vogel* *) recte asserat, vel ex sola methodo examinandi, et Magistrum artis, et ignorantem agnosci.

Priusquam propius ad nostram examinandi methodum accedo, generaliora quaedam praemittenda esse existimo,

*) Medicinisches Handbuch, Th. I.

existimo, quae in omni examine probe notanda sunt.

I. Examinari aeger debet accurate, et ordinate.

II. Hinc exercitatione multa opus est, et methodo quadam, quam sibi medicus familiarem reddiderit.

III. Male faciunt, qui raptim, aut omnino non interrogant, solis urinis, aut pulsibus confisi.

IV. Examen fiat terminis aegro notis. Non fiat suggestive. Aeger narret libere, et non interruptus inani quaestione.

V. Medicus interroget aegrum non statim, ubi aegrum accesserit, aut aegro adhuc commoto, praecipue si ignotus aegro sit.

VI. Animum aegrotantis antea componat medicus. Gravis regula apud infantes, pueros, nobiles, de ſua ſalute anxios.

VII. Inſtitui examen debet non quovis morbi tempore, ſed quo aeger melius habet, in intermiſſione aut remiſſione febris; neque ſtatim poſt evacuationem aliquam ſanguinis, alvi, aut ſtatim poſt emeſin.

VIII. Audiat aegrotum, utut confuſa ſit ejus narratio; et quae ad rem faciunt, ea retineat.

IX. Bene attendat, ne aeger imponat medico, dum non quae ſentit aeger, ſed quae ipſe de morbo ſuo opinatur, ac ſi illa ſentiret, exponit. Male narrant aegritudines ſuas eruditi; illi praecipue qui librorum medicorum

rum lectioni ſeſe dederunt, Medicaſtri. Indocile enim hoc genus hominum, et immorigerum ſanis medicorum conſiliis. Melius narrant indocti, exponunt enim et facta, et ſuas affectiones praeternaturales, non ſolliciti, quae pars corporis, et quonam modo affecta ſit.

X. Saepe in unica viſitatione in longo morbo examen aegri abſolvi non poteſt; reſumi erga hiſtoria debet, atque expleri.

XI. Praeſtat hiſtoriam in multa praecipue praxi mox conſignari in tabulis.

Methodus

Methodus examinandi aegros.

I. Aetas.
II. Sexus conditio.
III. Patria: commorationis locus.
IV. Vitae genus.
V. Status ſanitatis praecedentis.
VI. Epocha morbi.
VII. Status praeſens.

Caput.
thorax.
abdomen.
alvus.
urina.
pulſus.
calor.
color.
cutis.
ſanguis e vena miſſus.

VIII. Remediorum uſus.

Aetas.

De morbis praecipue infantilibus, variolis nempe et morbillis, ſollicitos nos eſſe opportet. Si enim aeger iis nondum ſit defunctus, et variolarum aut morbillorum epidemia inceſſerit, juſta omnino horum morborum ſuſpicio oritur. In Infantibus praeter ea dentitionis, et qui in haec plerumque tempora incidit, rachitici morbi, ratio habenda eſt.

Sexus conditio.

Varium et mutabile ſemper foemina. Harum mutationum memor ſit medicus in mulierum morbis indagandis. An catamenia ex ordine fluant, an parca, copioſa, et bonae indolis, an gravida aut puerpera, an primipara, aut multarum prolium mater: univerſim de ſingulis momentis, quae in graviditate aut puerperio notanda veniunt, peculiaris quaeſtio

instituenda est. Terminus tandem foecunditatis — profluvii genitalis cessatio.

Patria: commorationis locus.

Cum in contiguis saepe regionibus varius atmospherae habitus sit, et diversa inde morborum popularium facies, non inutilis certe hujus momenti scientia: praesertim si de indole epidemiae ibi regnantis, aut ex medicorum relationibus, aut aliunde certius quid constiterit. Commorationis locum medici attentione haud indignum esse in populosis urbibus quotidie experimur. Suburbia enim in plagis depressioribus, ad littora magnorum fluviorum totam saepe viciniam inundantium sita, febres intermittentes a magno febrium domitore cortice peruviano vix coercendas, et ipsum scorbutum, quem maritimarum solummodo regionum incolam esse, multi

multi exiſtimant, frequentius exhibent. Pari modo multum ſaepe ad praeſentem morbum contulerit, an aeger in ſuprema contignatione, an in ſubterraneo humidoque loco habitet.

Vitae genus.

Humana corpora varium vitae genus variis quoque morbis opportuna facit. Aliter enim vir exercitatus, aliter longa deſidia emollitus adficitur: quisque ſuos morbos habet intra. Huc opificia pertinent fere infinita, quae tum ob multifariam materiam, quam homines tractant, effinguntque, tum ob certos membrorum motus, flexusque varios id tandem efficiunt, ut aut domeſtica oriantur vitia, aut foris etiam adveniens morbus in hoc illudve viſcus prae omnibus aliis incumbat. Medicus certe, qui et communia et propria praeſen-

tis

tis aegri intueri voluerit, ſaepe hac ſola re de natura mali admonetur.

Status ſanitatis praecedens.

Alios ex aliis longa ſaepe ſerie morbos oriri, quis neſcit? Febres intermittentes, aut nulla aut inepta medicatione pertinaciſſimas in viſceribus obſtructiones, et multiplex ex hac cauſa mala corporibus inferunt. Quandoque idem morbi irritamentum per annos hominem infeſtat, at ex alia in aliam continuo partem migrans varia ſemper ſcena ludit, ut hebetior medicus ſymptomatum varietate deluſus diverſiſſimos morbos exiſtimet, cum tamen re ipſa unum idemque malum ſub diverſa ſpecie exſtiterit. Eadem arthritidis materia ob partis vexatae nobilitatem, viciniam cum aliis, ſenſilitatem etc. varios tumultus excitat. Id quoque, ſi praegreſſam ſanitatem noverimus

rimus, quodam modo praevidere possumus, an corpus adversa valetudine fractum novo huic morbo ferendo par sit.

Epocha morbi.

Insolens est, (paucos morbos si excipias) hominem repente morbo corripi. Plerumque ante adversam valetudinem notae quaedam oriuntur, quibus praecedentibus morborum timor subest. Harum omnium notarum commune est, ut cum *Celso* loquar *), aliter se corpus habere, non in pejus tantum, sed etiam in melius: nempe protinus timeri morbus debet, si graviora membra sunt, si corpus supra consuetudinem incaluit, si gravior somnus pressit, si tumultuosa somnia fuerunt; si saepius expergiscitur aliquis

*) L. II. c. 2.

quis, quam assueverit; si gravior somnus pressit, deinde iterum soporatur; si marcet animus, si loqui et movere piget; si dolor praecordiorium aut totius pectoris, aut qui in plurimis evenit, capitis. Si membra inhorrescunt, si spiritus gravior est, si frequentes oscitationes, si genua quasi fatigata sunt, totumve corpus lassitudinem sentit, ex quibus saepe plura, nunquam non aliqua febrim antecedunt. Has notas sedulo colligere oportet, cum morbi partem constituant, et non raro, si longo tempore manifesto morbi initio praeluserint, de morbi ipsius diuturnitate recte timeas.

Morbi autem initium inde ducimus, cum quis manifestius febre laboraverit, aut evidentiora symptomata accesserint. Id quoque nosse juvat, an aegri toto morbi tempore obambulando munia sua perfecerint.

Illis

Illis enim, qui firmioris compagis ſunt, et de rebus ſuis parum anxii, ſi decumbere debuerint, id ex vi morbi factum eſſe colligitur.

Omnia nunc tum febribus communia, tum alia evidentiora morbi ſymptomata aeger a morbi initio ad noviſſima usque tempora medico narret, quamvis perturbate, et in concinne fiat: ſua enim ipſius, quod aegri hominis eſt, ſenſa, non ordinatam morbi hiſtoriam, quod artis eſt officium, aegri exponant.

Oportet quoque id ab aegro reſcire, an forte errore aliquo diaetae commiſſo praeſentem morbum invitaverit. At raro id aut curant aegri, aut falſo judicio id quod morbo proxime anteceſſit, illius cauſam eſſe accuſant.

Cognitis his morbi praenotionibus ſtatus praeſens examinandus eſt, in quo ita verſari oportet medicum, ut per partes eat, ſingulisque ſymptomatibus inhaereat reflexione ſemper ad praecedentes dies habita, quo non tantum aegrorum memoriae, morbo praeſertim longiori, auxiliatur, ſed accuratam etiam morbi cognitionem acquirit. Id denique in omni examine ſummopere cavendum eſt, ne ſuggerendo id fiat; aegri enim ſaepe longioris examinis pertaeſi, aut loquaciores, ita faciles ſe praebent in reſpondendo, ut vitia, quorum medicus mentionem fecerat, mox ſua eſſe profiteantur.

In ſingulari autem hoc examine anatomicorum ordo ſervandus eſt.

CAPUT.

Caput.

Cephalalgia.
Gravitas.
Temulentia.
Vertigo.
Animi praeſentia, tarditas, ſtupor.

Os.

Amarum, pituitoſum, glutinoſum.
Ructus, Vomituritio, Vomitus: materia vomitu rejecta.

Lingua.

Alba, flava, livida.
Humida: ſicca, arida, fiſſa.
Sordida, hirſuta, villoſa, glutinoſa.
Tremula, impotens (porrigi neſcia.)
Tumida, gracilis.

THORAX.

Respiratio.

Facilis, difficilis.
Aequalis, inaequalis.
Velox, tarda.
Fortis, debilis.
Calida, frigida, foetens.

Oppressio thoracis.

Continua, per vices.
Aucta inspiratione, tussi.
Locus oppressionis.

Dolor.

Conditio doloris
    acutus, gravis, pulsans, tensivus.
Circumscriptio.
    punctorius, diffusus.
    fixus, vagus.

Augmentum.
tuſſi.
inſpiratione.
attactu externo.
decubitu.

Tuſſis.

Ratione ſputorum.
ſicca.
humida.
inanis : tuſſicula.
Ratione irritamenti.
gutturalis.
pectoralis.
abdominalis.

Sputa.

Facilitas
facilia, difficilia.
Quantitas.
copioſa, pauca, ſuppreſſa.

Color.

alba, flava, crocea, viridescentia.

Consistentia.

tenuia, aquosa, tenacia, glutinosa.

Materia.

sanguinea, biliosa, mucosa, puriformia, purulenta.

Decubitus.

Facilis, difficilis (in latus affectum, aut in utrumque latus).

Praecordia.

Mollities.

mollia, tensa.

Aequalitas.

aequalia, inaequalia.
sublimia.
introducta.

Dolor.

dolentia, indolentia.

Alvus.

Quantitas.

copiosa, parca.

Consistentia.

liquida, pultacea, figurata.

Facilitas.

tarda, soluta, diarrhaeica, tenesmoidea, colliquativa spontanea inscio aegro: enemate sollicitata.

Materia.

mucosa, biliosa, cruenta, verminosa.

Urina.

Quantitas.

copiosa, parca.

Color.

naturali coloratior, rubra, flammea, flava, tingens.

Consistentia.

tenuis.

aquosa.

crassa.

crassa.
jumentosa.

Contenta.

nebulosa.
semihypostatica.
hypostatica.

mucosa.
lateritia.
alba, flava, crocea.
cinnaberina.

Pulsus.

Celeritas.

celer, tardus.

Robur.

fortis, debilis.

Mollities.

mollis, durus, vibrans.

Rythmus.

aequalis, inaequalis, intermittens, remittens.

Calor.

Calor.

Intenſitas.

naturali major.

urens.

Color corporis.

Pallidus, flaveſcens, lividus.

Oculi flavi.

Genae rubentes.

Flavedo aut livido circa nares et labia.

Cutis.

Perſpirabilitas.

ſicca, humida.

Sudor:

copioſus, colliquans.

univerſalis, partialis.

tenuis, viſcidus.

acidus, olidus, fretidus.

flavus.

gutta-

guttatim profluens.
frigidus, calidus.

Exanthemata:
maculae.
puſtulae.

Sanguis e vena miſſus.

Cruor.
denſus, diſſolutus.

Serum.
copioſum, parcum.
flaveſcens, virideſcens.

Cruſta phlogiſtica.
Tenax, ſciſſilis.
diffuſa: contracta, fimbriata.

Remediorum uſus.

Non graves ſolummodo morbi, ſi ad vim illorum medentis quoque imperitia acceſſerit, aegros citius interimunt, ſed leviores etiam tumultuoſa mox in initio medendi methodo

a

a ſuo tramite deflectunt, et in aegri perniciem celerrime moventur. Hinc noſſe oportet, quibus aeger remediis ſit uſus, niſi malum ſolis naturae medicatricis viribus commiſerit, et quodnam inde nocumentum aut emolumentum ſubſecutum ſit. Noſtrates, cum venae ſectionem inter remedia haud numerent, de illa peculiariter examinandi ſunt.

Praemiſſa hac brevi Medicinae clinicae terminologia, quasdam in praecipua hujus examinis momenta obſervationes addam, ut clarius appareat, quam attente in aegrorum examine verſari debeamus.

I. Maximi momenti res eſt reſpirationis libertas, ſive morbi cognitionem, ſive praeſagia ſpectes. Veteres eam tanti aeſtimarunt, ut praeſentibus etiam peſſimis ſignis, dummodo ſpirandi libertas

tas adeſſet, de aegris ſuis non deſperarent. Ante omnia ergo de libertate reſpirationis quaeſtio inſtituenda eſt. At non ſola aegri confeſſione contenti ſimus: nam quibus encephalon adfectum eſt, ii reſpirationis difficultatem et thoracis oppreſſionem non ſentiunt. At ſi profunde et lente inſpirare jubeas, an libera, an impedita ſit reſpiratio ex motu thoracis turbato facile cognoſcitur. Saepe enim aegri thoracem omnino non attollunt, aut coſtas ex uno tantum latere diducunt, aut ſuperiorem modo thoracis regionem movent inferiori immota, aut coſtas potius introducunt, aut intervenienti tuſſi ſpiritus ſuffocatur. Hinc celeberrimus Tiſſot *) diſcipulos ſuos de ea re ad-

*) Vater de praeſagiis vitae et mortis. Iterum edidit, auxit Tiſſot. Papiae, 1783. 8.

admonuit: „Non ſufficit vero, „praeſertim in malignis, inter- „rogare aegrum de reſpiratione, „ſaepe enim in his morbis ſine „aegri ſenſu laeditur; ſi vero „ad pectoris motum attente re- „ſpicit medicus, protinus judi- „cabit an laeſa, an integra ſit „haec functio: illius vero lae- „ſione percepta inquiret, num „a virium defectu, a pulmo- „num vitio, a frequentiori pul- „ſu, aut abdomine aegrotante „oriatur: hae ſunt enim cauſae, „quae frequentius in acutis re- „ſpirationem turbant." Nunquam ergo hoc profundae inſpirationis experimentum omitti debet.

II. Tuſſis quoque irritamentum medici attentionem meretur. Nam rudiores etiam homines exacte notant locum, ubi tuſſis inchoat: ut

ut exinde dignoſcere ſaepe poſ-
ſis, quaenam potiſſimum viſcera
adfecta ſint.

III. Praecordiorum et abdominis examen ſollicite inſtituendum eſt. Fit hoc capite aegri ſuffulto, genubus modice flexis, muſculis abdominalibus laxatis, et abdomine utraque manu contrectato. Occultae ſaepius hoc modo viſcerum abdominalium, hepatis praeſertim, inflammationes deteguntur. Praeclare in hanc rem Celeberrimus Tiſſot l. c. „Praecordia dicuntur haec regio, „quae incipiens paulo ſupra „baſin cartilaginis Xiphoideae „fere ad umbilicum deſcendit, „et utrinque latus extenditur, „ſicque concludit ſcrobiculum „cordis, totam regionem epiga„ſtricam, et maximam hypocon„driorum partem: inde intelligitur,

„gitur, quot et quam momento-
„ſae partes in praecordiis la-
„teant. Hic in vicinia ſtat
„ipſum cor, et pars infima pul-
„monum: hic adhaeret pars dia-
„phragmatis muſculoſa, adſunt
„maxima pars hepatis, et ven-
„triculus totus, et praeſertim
„in centro cardia pars adeo ſen-
„ſibilis; hic tranſeunt maxima
„corporis vaſa, adſunt arteriae
„cœliacae, adſunt etiam in par-
„te poſteriori et pancreas, et
„non parva coli pars. Non mi-
„rum ergo, ſi quoties laedun-
„tur praecordia, pars ſane no-
„biliſſima, periculum inde ſaepe
„adeſſe indicetur; et ſaepe
„quaerantur de ſcrobiculo aegri,
„nunc ſenſum tantum ingratum,
„nunc dolorem acutum, nunc
„ſenſum ſtricturae, nunc tumo-
„rem accuſantes: ſed ſedes eſt
„praeſertim inquietudinis et an-
xietatis,

„xietatis, quae frequentius ſe-
„det in regione epigaſtrica,
„quam in ipſo pulmone, et quo-
„ties male afficitur, mox quo-
„que ipſa adficitur reſpiratio,
„mox turbatur motus cordis,
„et ipſum cerebrum. Non mi-
„rum ergo, ſi ad ſtatum hujus
„partis tam attente reſpexerint
„veteres, et praeſertim Hippo-
„crates: et ſane, quoties in acu-
„tis, praeſertim putridis et ma-
„lignis optime ſe habent prae-
„cordia, utiliſſimum eſt ſignum;
„ubi vero jam laeduntur, peri-
„culum ſane grave imminet, et
„in cauſas illius laeſionis ſedu-
„lo indagandum eſt.“

IV. Quemadmodum ex alvi dejectionibus de ſaburra aut quocunque alio ſtimulo primas vias infeſtante, aut de vi vitae ſuperſtite judicium ferimus; ita

quoque ex urinis febris ſaepe praeſentis indolem, aut affinitatem cum aliis morbis dignoſcimus. Hinc medicus nunquam in morbis acutis hárum excretionum inſpectionem negligat.

V. In pulſu examinando ad manifeſtas qualitates, ſenſu facile dignoſcendas, attendere opportet: Celeritas, robur, etc. Deinde in utroque carpo pulſus examinandus: ſaepe enim in viſcerum inflammationibus pulſus in latere adfecto fictitie debilis eſt, qui tamen venae ſectionibus iteratis elatior fit.

VI. Calor manu pectori diutius admota exploratur. In morbis inflammatoriis calor manu applicata potius decreſcere videtur, cum

cum in putridis febribus manum ingrato ardoris ſenſu urat.

VII. De colore in hominibus nobis ignotis difficile eſt judicium. At in iis, quibuscum familiaritas aliqua interceſſit, manifeſtius apparet, quantum faciei habitus colorque a ſano ſtatu diſcrepet. Bilioſa febre laborantibus genae intenſe rubent; quibus hepar adfectum, oculorum faciei, imo totius corporis flavus color. In putridis lurida facies, et livedo circa nares et labia.

VIII. An cutis exanthematibus picta ſit multum refert: nam male famae medici conſulitur, ſi aut infirmaria, aut naſutula mulier petechiale aut miliare virus erumpere prae medico animadvertat. Hinc ſuperficies corporis tum inſpicienda, tum etiam manu ſuper

per pectus et abdomen mota exploranda eſt, an aliqua cutis ſcabrities emineat, quae medicum de erupturis miliaribus admonet.

Examine nunc rite peracto, morbi praeſentis *notio directrix*, facile determinari poterit:

I. An ſit morbus febrilis?

II. An continua, remittens, intermittens?

III. Ad qualem febrim principem reduci poſſit, an

inflammatoria.
bilioſa.
putrida.
pituitoſa.
maligna.

Morbum ad claſſem febrium pertinere mox innoteſcit, tum ex pulſuum celeritate, tum ex frigore, et ex functionum laeſione.

Neque in typo febrium definiendo exercitatus medicus diu haerebit: id enim aut ex aegri narratione, aut ſubſequa circuitus febrilis obſervatione colligitur.

Cum vero hae duae quaeſtiones medicum in medendo non dirigant, nam febris in genere nulla eſt curatio, et typus formam tantum non, indolem febris exprimit, hinc ad quasdam principes febres praeſens morbus reducendus eſt, prout cum hac vel illa major ſimilitudo intercedit.

Neque tamen ex unico aegro notio directrix et vere practica tuto eruitur. Id praecipue in *febribus inchoantibus* contingit, in quibus praeter

ter communiſſima febrium ſymptomata nullum peculiare ſymptoma eminet. In hac igitur inopia de aliis fontibus indicationum cura habenda eſt.

Genius igitur epidemicus conſiderandus eſt, id eſt, *febris ſtationaria*, et *febris annua*. Immortalis enim *Sydenhami* obſervationibus conſtat, febres quasdam longiori, etiam per annos, curriculo ſtationem obtinere, et omnes alias febres tunc ortas in ſuum imperium redigere, ita ut variolae, morbilli, febres puerperarum etc. in caſtra epidemica tranſeant.

Aliae febres ſunt *annuae* quae a manifeſtis aeris qualitatibus humida et ſicca, calida et frigida temporum mutatione dependent.

Medicus ergo uno oculo aegrum praeſentem, altero autem aegros una

decumbentes respiciat: neque facile in eruenda practica febris notione errabit.

Ex cognita febris indole sponte fluit indicatio, et qui febrium naturam bene novit, non magno remediorum apparatu justam febribus medicinam faciet.

Non

I.

Ὠφελέειν ἢ μὴ βλάπτειν.

Non ea medicorum felicitas, ut medendi methodum ad certam ſemper manifeſtamque cauſam dirigere liceat. Morbus enim ſaepe generalioribus tantum febrium ſymptomatibus incedit, ut difficile ſit determinatu, ad quodnam febrium genus pertineat. Medela tamen facienda eſt, neque morbus ſolis naturae viribus committendus. Rebus ita ambiguis id medicus curet, ut medendi methodus aegro aut proſit, aut ſi id fieri non poſſit, non noceat. *Indirecta* haec medendi *methodus* ad tria potiſſimum capita revocatur:

1) Vires neque exorbitent, neque nimis langueant. Exorbitantes deprimendae, lanquentes excitandae. Iuſta autem virium ſcala, non ut in rebus phyſicis,

facta

facta ad tertium quoddam comparatione, sed ex prudenti solummodo medici exercitati aestimatione componitur.

2) Excretiones neque justo parciociores, neque profusiores sint. Illae incitandae sunt, hae vero cohibendae.

3) Nullum denique symptoma urgeat, aut mox peculiaris illi medicina fiat.

Observatio.

Puer novem annorum infantiles morbos variolas morbillosque passus ante quatuor dies, cum matri ex periculoso morbo decumbenti media nocte sacra caena porrigeretur, e somno repente expergefactus est, re hac insolita perterritus. Mox frigore, subse-

ſubſequente calore, cephalalgia et artuum dolore corripiebatur.

Creſcentibus iisdem altera die ſymptomatibus in noſocomium magnum delatus eſt. Acceſſit acutus in abdomine dolor, et aſſidua inanis tuſſicula.

Prima morbi die ſumptis duobus cochlearibus ſalinae cujusdam mixturae, quae matri fuerat praeſcripta, ſexies vomuit.

Die morbi 4ta aeger in ſchola clinica examini ſubjectus.

14. *Novembr. d. m.* 4.

Sapor oris pituitoſus, lingua humida mucoſa.

Tuſſis frequens, inanis: irritamentum tuſſis in gutture: nulla thoracis oppreſſio.

Dolor

Dolor abdominis attactu auctus. Alvus quater posita: urina jumentosa.

Pulsus naturali modice celerior, calor parum auctus.

In thorace sparsim petechiae lenticulares.

Roob sambuci cum nitro.

18. *Nov.* 8. *m. d.*

Tenuis haec febricula cum assidua catarhosa tussicula aegrum his diebus vexabat. Dolor abdominis continuo magis diffundebatur, et attactus externi impatientior: vagi quoque hac nocte artuum dolores.

Alvo heri aliquot lumbrici ejecti. Urinae coloratiores. Cutis inperspirabilis.

Cataplasma emolliens.
abdomini applicatum.

19.

19. *Nov.*

Abdomen in magna plaga acute dolens. Febricula.

Decoctum Altheae cum nitr. cataplasma abdomini.

1. *Decembr.* 21. *m. d.*

Dolor abdominis sensim sine sensu mitior, tandem evanidus. Tussicula in dies rarior, et tenuisissima tandem febris. Binis adhuc vicibus lumbrici aliquot ano dejecti.

30. Novembris noctu primus in cute mador: urinae copiosissimae: versus auroram leves per totam corporis superficiem sudatiunculae Deciduae per reliquos dies cutis squamulae. Sub usu eorundem remediorum puer tandem die 24. Decembris, morbi vigesima prima, ad suos rediit.

Epicrisis.

Epicrisis.

Febris haec ſub mitiſſima ſpecie apparens non facile definitione quadam comprehendi poterit. Potius id quid non ſit, quam veram indolem talium febrium determinabis. Parvus ſymptomatum apparatus, decurſus tarditas, et virium potius languor, quam incitatior motus, ſatis oſtendebant, febrim hanc neque ab inflammante ſtimulo, neque ab acri et abundantibile fuiſſe profectam. Accedebat haec febris ad illam *Maninghamii* febriculam, quae pueros, debiles, laxos, loca depreſſa humidaque, et pauperum potiſſimum tabernas infeſtat. In longa tempora trahitur aegrorum patientiam exercens, et medici non raro famam praecoci imperitae turbae judicio peſſumdans. Qui enim natura ſua longus eſt morbus, ſi per ſeptimanas nulla manifeſta criſi ſolvitur, in homine praeſertim nobi-

lis

lis profapiae, cunctator medicus accufatur, qui vim hofti inferre non audeat. At male faepius hac impatientia aegrorum faluti confulitur, cum medicus hucusque fidus naturae minifter continuis adftantium querelis confundatur, pejus mox de aegri ftatu ipfe fentire incipiat, et rem, quam cunctando certe reftituiffet, docta feftinatione nunc perdat.

Ut ad hunc aegrum redeam, fola hac indirecta methodo corpus contra nocivos febrilis ftimuli effectus tueri confultius effe putabatur, quam ignotum ftimulum calefacientibus medicamentis aggredi. Eminens fymptoma, diffufus ille abdominis dolor, antiphlogifticis ceffit.

At vermes? feu inquilina fint animalcula haec corporibus viventibus, feu foris ovulis illorum cum cibo potuque una deglutitis, et animali calore

calore demum evolutis, in primis viis hoſpitentur, tantum abeſt, ut ideo in hoc puero *verminoſa* febris adfuiſſe dicatur, ut hi lumbrici tanquam concomitans potius ſymptoma, quam excitans febris cauſa haberi debeant.

Criſis tandem in hac febricula, quae plerumque longam inanem tuſſiculam ſui praenuntiam habet, miliaribus et ſudatiunculis levantibus fieri ſolet. In hoc tamen aegro nulla equidem miliaria, at deciduae cutis ſquamulae, acſi exanthema miliare praegreſſum eſſet, urinae copioſae et aequabilis per omnem cutim mador morbum ſolvebant.

Peripneu-

II.

Peripneumonia lethalis,

Pulmonum inflammatorum conditio.

Medicinae ſtudioſus annorum 25, cúm quinque circiter dies de capitis dolore, daedolatione artuum, inappetentia, thoracis oppreſſione, et horrore vago conqueſtus eſſet, die 26. Octobris veſperi ex urbe in ſuburbium redux frigore valido corripiebatur, ſubſequente calore magno ad auroram uſque durante. Sequentibus diebus aſſidua thoracis oppreſſio, aeſtus magnus, dolores artuum vagi aegrum vexabant. Apparentibus morbi prodromis aeger emeticum indicari exiſtimans, ſolutionem tartari emetici ſumſerat; nonies vomuit, ingruente altero die morbo. Die morbi ſecunda ſanguinis unciae VI, altera die unciae XII eductae: ſanguis compactus, cruſta phlogiſtica nulla.

Reliquis morbi diebus methodus antiphlogiſtica adhibita.

6. *Nov.* 12. *morbi dies.*

Continua thoracis opreſſio, tuſſis antelucano tempore frequens, ſputa mucoſa.

Pulſus celer, ſubdurus; calor naturali major.

Urina cum ſedimento albo, mucoſo: alvus ſoluta.

Venae ſectio unc. V.
Potus emollientes, tepidi.

7. *Nov.*

Heri circa veſperam major ſpirandi difficultas: Vena iterum ſecta. Sanguis binis vicibus eductus cruſtam phlogiſticam exhibuit.

Minor

Minor nunc oppreſſionis ſenſus, at ſub inſpiratione profundiori inferior thoracis pars minus libere movebatur.

Pulſus celerior, plenior, ſubdurus.
Venae ſectio unciarum X.
Emollientia continuantur.
Enema.

8. 10. *Nov.* 17. *m. d.*

Verſus auroram tota cutis aequabiliter imaduit, et miliaria alba in abdomine apparuere. Oppreſſio thoracis parum imminuta, ſanguis e vena miſſus phlogiſticus.

Altera die copioſiora exanthemata: reliqua ſymptomata ad ſpeciem mitiora. At breve ſolamen. A Meridie enim major accedens oppreſſio novam venae ſectionem unc. VIII requirebat. Tantum abſuit ut morbus

inde

inde fractus fuerit, proſtantibus etiam copioſis miliaribus, ut aeger initio 17. morbi diei, convulſus et ſuffocatus perierit.

Sectio cadaveris.

Pulmo uterque ex toto dire inflammatus: uterque pulmo antiquis ubique cohaeſionibus ad latera thoracis, et ad diaphragma religatus.

Pulmonum autem inflammatorum conditio his notis dignoſcenda:

1. Pulmo inflammatus augetur mole: ita ut in peripneumonico unius lateris vitio, alter pulmo aucto ſocii pulmonis volumine in anguſtum ſaepe ſpatium comprimatur.

2. Dura eſt pulmonis inflammati ſubſtantia: difficulter ſcinditur et ſub cultro ſcindente ſtridet.

3. Aquae non ſupernatat, ſed fundum petit; et ſi levior inflammationis gradus fuerit, fruſtula pulmonum diſſecta aquis tantum internatant.

Epicriſis.

Ex inflammationis magnitudine, ut ſectione anatomica conſtitit, aeger periit. Nulla pulmone fere toto inflammato benignae reſolutionis ſpes ſupereſt, morbo praeſertim mox in initio negligentius aut omnino perverſe curato. Miliare exanthema nec minimum aegro levamen tulit, neque antiphlogiſticam methodum ideo cum ſtimulante medicamentorum apparatu commutandam eſſe, ullo modo indicabat. Ad febrim enim principem, non ad junctum illi febrile exanthema curam dirigere debet medicus, nam et bilioſae, et inflammatoriae, et pituitoſae febri miliaria ſae-

pe accedunt, quamvis id quoque negandum non ſit miliaria in pituiotoſam potiſſimum febrim incidere, eamque ſudatiunculis et urinis copioſioribus ſociis ut plurimum judicare.

Status

III.

Status in febribus nervoſus

a depoſitione ad encephalum facta.

In morbis acutis, inflammatoriis praecipue febribus, inchoante aut perfecta ad cerebrum metaſtaſi tantae et tam variae nervorum ſyſtematis turbae exoriuntur, ut vis vitalis modo exaltata, modo depreſſa appareat. Symptomata, quae auctam irritabilitatem oſtendunt ſaepiſſime ſub malignitatis ſpecie imponunt, et de ſubtiliſſima quadam materie nervorum origines vellicante medicis non nunquam ſuſpicionem movent, quamvis ex ſola preſſione humorum, qui aut majori copia advecti impetum faciunt in encephalum, aut quibus refluere per venas non datur, ii omnes abnormes nervorum motus explicari poſſint.

Perniciosa haec symptomata instantis aut factae depositionis haec potissimum sunt: Parcae urinae, alvique, aut involuntariae omnino excretiones. Rubor faciei, haemorrhagiae narium, delirium mite primum, deinde ferox; subsultus tendinum, manuum ad attactum medici retractatio inscio aegro, masticatio assidua, pupillae dilatatio; pulsuum inconstantia, modo accelerati, pleni vibrantes, debiles nunc mollesque. Musculi denique faciei et colli ex alterutra parte semiparalitici, et frigidus, inaequalis, in guttos collectus faciei sudor. Eo magis terrere debent haec symptomata, cum licet praevisa cognitaque nullis remediis averti queant. Non venae sectionibus, non irritantibus enematibus, non vesicante, non hirudine applicata humorum derivatio obtinetur.

Obſervatio.

Ancilla 24 annorum, ſemper rite at parce menſtruans per 14 fere dies de continua lancinante capitis dolore conqueſta ante 5 dies poſt prandium ingeſta bile comixta vomuit. Acceſſit daedolatio, dolores vagi artuum, horripilatio frequens cum colore alternans. Haec ſymptomata ſequentibus diebus perſtabant: os inſuper amarum et copitis temulentia.

Die 2. morbi domi emeticum propinatum, ſepties vomit. Dies tertia vena bis ſecta: ſanguis cruſta phlogiſtica tectus.

Die 14. Decembris ad nos delata.

14. *Decembr.* 5. *m. d.*

Caput temulentum, ſapor oris amarus, lingua ſicceſcens; ſub profundiori inſpiratione et tuſſi difficultas, et

dolor

dolor in media infimaque thoracis regione. Sputa mucosa, puriformia: tussis rara, pectoralis. Praecordia mollia.

Urinae intense flavae, alvus soluta.

Pulsus celer, vibrans, durus; calor naturali major, genae rubentes, dolores vagi artuum et lumborum.

Venae Sectio unc. VIII.
Potus emollientes tepidi.

15. *Decembr. 6. m. d.*

Dolores vagi post venae sectionem evanuere, at major cephalalgia, et intensior calor. Sputa quaedam cruenta.

Urinae flavae, jumentosae: alvus bis mota.

Pulsus

Pulſus celer, vibrans, durus, praecipue in carpo dextro, ſanguis heri e vena miſſus phlogiſticus, cruſta craſſa

Venae ſectio unc. VII.
Emollientium continuatio.

16. *Decembr.* 7. *m. d.*

Praegreſſa die a meridie acutus dolor in hepatis regione attactum non ferens. Veſperi pulſuum acceleratio et major vibratio, hinc quinque unciae ſanguinis eductae.

Mane amaror oris; reſpiratio ad profundiorem inſpirationem interveniente tuſſi impedita, dolor in regione Hepatis et ventriculi: Pulſus magnus, fortis, plenus, celer. Sanguis ultima venae ſectione miſſus, cruſtam rheumaticam, gelatinoſam, plümbeam et diſſolutum cruorem exhibuit.

Venae

Venae fectio unc. V.
cataplafma abdomini applicatum.
Potus emollientes tepidi.

17. *Decembr.* 8. *m. d.*

Heri a meridie mite delirium, et narium haemorrhagia. Noctu ferox delirium, et largior haemorrhagia. Sangninis ea nocte unciae V mittebantur. Crufta craffa, gelotinofa, ex livido flavefcens, cruor tamen compactior. Mane dolor in hepatis regione multum imminutus, et pulfus fortis, plenus, vibrans, durus iteratam Venae fectionem unc. IV indicabat.

18—20. *Decembr.*

Perftans fequentibus diebus delirium. Pulfuum inconftantia magna, qui enim magnus, fortis, plenus, celer fuerat, mox debilis et mollis factus.

Acce-

Accedebant tandem ſubſultus tendinum, manuum attrectatarum retractio, continua maſticatio, pupillae immobilitas, capitis in dextrum latus aſſiduus relapſus, quaſi ſemiparalyticum, partialis tandem faciei ſudor.

Quamvis ter adhuc vena ſecta, enemata irritantia binis ultimis diebus omni bihorio injecta, et vltima die veſicans nuchae applicatum, aegra inter aſſidua deliria exſpiravit.

Sectio cadaveris.

1. In ventriculis cerebri anterioribus non magna ſeri quantitas, at major ſub tentorio et in theca vertebrarum.

2. Pulmonis dextri dimidium ſupremum inflammatum, inflammatione quidem non diriſſima, ſed quae videbatur eſſe proxima benignae reſolu-

resolutioni. In eodem cavo dextro thoracis libra dimidia seri effusi.

3. Hepar inflammatum. Vesicula fellea serosa bile plenissima. Intestina pleraque aut dire inflammata, aut gangraenosa.

Epicrisis.

Pessimae notae inflammationem adesse ex sanguine dissoluto et crusta discolori, plumbea cum virore caerulescente, et gelatinosa tecto constabat. Vix quemquam ex ejusmodi perniciosis inflammationibus, evasisse vidit *Praeceptor*, cui tam prava sanguinis conditio fuerat. Acrior videtur esse materies, quae tam mali moris, et ad gangraenam proniorem inflammationem efficit. Nulla hic in acidorum mineralium usu, nulla in antisepticis remediis salus. Cito enim

pereunt

pereunt aegri admotis his ſtimulis: aliqua eaque unica ab antiphlogiſtica methodo curationis ſpes.

Cito in hac aegra inflammatio haec maligna progrediebatur. Nulla enim, cum advenerat, hepatis inflammati indicia, at brevi et hepar, et inteſtina et inflammati, et gangraena inſecuta, ut ſectione anatomica innotuit. Optandum certe et in artis ſalutiferae incrementa, et in ipſorum quoque medicorum famam dignitatemque, ut de neceſſitate pathologiae anatomicae convicti, in mortuis, quos vivos ſervare non potuerant, cauſas ſedesque morborum rimarentur. Nam praeter noviter detectas devaſtationes vi morbi invectas, id ſaepe ex deſperatis rebus qualecunque ſolatium redundaret: medicinam huic malo in arte humana fuiſſe nullam.

IV.

Variae inflammationum thoracis formae.

Febris rheumatico - inflammatoria, quae jam longo tempore ſtationem in noſtris terris obtinet, in eo praecipue a ſtationariis aliorum temporum diſcrepat, quod prae aliis partibus in thoracis viſcera incumbat. At non ſemper ſub ſpecie exquiſitae pleuritidis aut peripneumoniae apparuit, ſed ſubdole non raro pulmonibus inſedit, in phtiſin abitura, niſi attentior medicus in principio morbi antiphlogiſticam medicinam fecerit. Imo in ipſo morbi decurſu, cum antea nulla adſuerint inflammationis indicia, peripneumonica tandem affectio apparuit. Cognito hujus epidemiae imperio, omni attentione reſpirationis negotium, inſpirationis praeſertim libertas,

bertas, ſputorum conditio, et univerſim pulmonum antiqua vitia ex accurata facta anamneſi dignoſcenda dirigere debent medicum. Iuvabit varias quaſdam ejusmodi inflammationum formas adferre, ut aſſerta haec natura coram intueamur.

Obſervatio prima.

Puella 22 annorum menſtruis a duobus primum annis ex ordine fluentibus, cum antea per 4 annos chloroſi laboraſſet, a tribus circiter ſeptimanis manifeſtius aegrotat. Nam praegreſſa jam aeſtate aeſtuante corpore frigidam hauſit. Aſſiduo inde catarrho vexabatur, et ſputa ſanguine tincta ſaepius ejecta.

Incipiebat autem novus hic morbus a pectoris oppreſſione, palpitatione cordis, frigore et calore abs lege accedentibus. Aegra tamen,

quin

quin lectum peteret, officiis suis fungebatur. Ante triduum dolor lateris sinistri punctorius tussi et inspiratione auctus et pectoris oppressio. Remediis domi nullis utebatur. 9na Novembris ad nos delata.

9na Novembr.

Caput grave. Os pituitosum, lingua albida.

Levior thoracis oppressio. Dolor punctorius in sinistro thoracis latere ad ultimas costas spurias, tussi et inspiratione auctus. Tussis noctu frequens. Sputa, quae ante octiduum striis sanguineis mixta, nunc mucosa.

Pulsus naturali celerior, subdurus.

Venae sectio unc. X.
Cataplasma emolliens.
Potus emollientes, tepidi.

10. *Novembr.*

Nulla thoracis oppreſſio. At dolor a coſtis ultimis ad ſuperiora thoracis diffuſus, attactu externo auctus. Vagi quoque artuum dolores.

Pulſus celerior, mollis tamen.
Roob Sambuci cum nitro.
Cataplaſma.

13—18. *Novembr.*

Dolor ſub continuato ſambucinorum uſu de die in diem mitior, intra arctiores continuo limites, et tandem evanidus. At eo magis aegra doloribus vagis cervicem occupantibus vexabatur. Hinc die 13. Nov. pulſu omnino naturali veſicans ad nucham applicatum, iiſdem remediis internis continuatis: dolores inde plurimum mitigati. Omni veſpera modica febris exacerbatio. Urinae partim jumentoſae, partim coloratiores. Al-

vus

vus morofa non nifi enemate movenda. 18. Novemb. aegra tandem apyreta.

19—30. *Novembr.*

Ob alvi morofitatem aucta nitri dofis. Alvus 10. pofita inter abdominis tormina. At mox iterum morofior alvus, quotidie enemate follicitanda, neque fale mirabili Glauberi ad 3—4 quotidie drachmas infuper praefcripto, facile movebatur. Abdomen iterum tentabat rheuma, eoque mox iterum relicto caput et artus occupabat. Ad has rheumatis reliquias exterminandas die 30. Nov. in mixtura ex aqua et roob fambuci intra 24 hor. affumenda granum unum tartari emetici folvebatur. Eo remedio per aliquot dies continuato, faepius alvus movebatur, et leves ad auroram fudatiunculae obortae, quin tamen aegra magnas naufeas, aut vomituritiones conquefta effet. Difparuit

ruit tandem dolor omnis, et aegra 10. Decembris e nosocomio dimissa.

Observatio secunda.

Coqua 22 annorum, morbillos nondum passa, rite semper menstruans aestate praegressa catarrho saepius vexabatur, quem tamen utpote leve malum neglexerat. Ante novem dies novus catarrhi insultus cum valida thoracis oppressione. Os insuper pituitosum, et inappetentia. Quarta morbi die frigus et color aegram saepius per diem corripuere. Accessit cephalalgia, palpebrarum tumor, dolor faucium, coryza, et crebra tussis. Sexta morbi die maculaae rubrae discretae primo in facie, dein in pectore et artubus apparuere. Perstabant febris, et catarrhi simulacra. His ultimis diebus aegra lecto decubuit. Septima morbi die aegra in nosocomium magnum, heri vesperi ad nos delata.

28. *Novembr.* 9. *m. d.*

Levior thoracis oppreffio, et doloris fub fterno fenfus fub tuffi et profundiori infpiratione. Sapor oris pituitofus, lingua albefcens. Fauces modice dolentes. Tuffis frequens.

Alvus ad 7. ufque diem morofior, enemate dein follicitata, nunc foluta. Urinae jumentofae. Pulfus naturali fere celeritate. Exanthemata hinc inde in facie difparentia. Cutis a praegreffo noctu fudore madida.

Decoctum Salep. tepide.

29. *Nov.* — 14. Decembr.

Dolor fub infpiratione et tuffi plurimum mitigatus. Faucium quoque mitis dolor. Exanthemata fenfim evanida, cutis perfpirabilis. Pulfus fere naturalis. 1ma Decembris apyreta. Sputa quaedam puriformia. Conti-

nuato

nuato tepidorum emollientium usu aegra die 14. Decembris, morbi 13ma dimissa.

Observatio tertia.

Operarius 30 annorum, olim sartor, hucusque sanus, cum ante 8 dies urbem peteret, repente dolore acuto cervicem et lumbos occupante corripitur. Dolor brevi evanuit, et aeger suetis laboribus fungebatur. At noctu domum redeuns calore, artuum daedolatione, capitis temulentia corripiebatur, subsecutis largis sudoribus. Mane commode se habens ad labores rediit. Secunda, tertia, et quarta die eodem symptomata apparuere eodem modo desinentia, ut aeger de die opus suum perficeret. At 25. Nov. 5. morbi die decumbere coactus. Noctu intensior calor, et profusi sudores. 8va morbi die examini subjectus.

28. Novembr. 8. m. d.

Caput temulentum: daedolatio magna. Lingua ſicceſcens.

Aſſiduus ponderis ſenſus ad ſcrobiculum cordis. Pulſus naturali celerior, ſubdurus.

Venae ſectio unc. VII.
Decoctum hordei cum nitro.

29. Nov. — 1. Decembr.

Heri a meridie levior exacerbatio. Perſtabant temulentia, daedolatio, et oppreſſio thoracis. Minor tamen pulſuum durities. Verſus auroram ſudor largus. Sanguis e vena miſſus compactus: parcum ſerum.

Noctu ſequente major iterum thoracis oppreſſio, ut aeger decoctum ſuum tepide exhiberetur. Alvus ea nocte quinquies poſita, et largus

LECTORI AEQVO.

Quicunque animo perpenderit Medicinam omnem a fidis morborum observationibus profectam atque excultam esse, non certe meam qualemcunque opellam, cum historias quasdam morborum, quos Duce STOLLIO publice *in schola clinica observare licuit, litteris consignarim, et typis excudi curaverim, odio contemptuique*

 habe-

habebit. Id autem cur in me susceperim, multiplex mihi ratio fuit.

Quanta sit utilitas observationum singularium, quas medici in suis diariis consignarunt, vel ex eo patet, quod plenior morborum theoria non nisi a pluribus ejusdem morbi exemplaribus haberi possit. Sunt mihi in hac re summorum virorum exempla, et ut praeclaram rem praeclaro opere confirmem, Immortalis Swietenii constitutiones epidemicas *adduxisse sufficiat, quas ex ejus adversariis Praeceptor venerandus edidit. In hoc enim diario et vulgatissimi morbi plenius descripti sunt; et quamvis sit, ut plane desperem, me unquam hanc in describendo*

indu-

industriam et concinnitatem propius posse imitari, tamen et magnos viros imitari voluisse, *benevoli hominis venia haud indignum esse facinus spero atque confido.*

Quod autem hoc praecipue anno academico morborum historias collegerim, eleganti clarissimi Haeberl *de febribus annuis opusculo adductus sum, quamvis non eadem omnino laborum nostrorum ratio sit. Placuit enim cl. Viro a generali morbi epidemici notione exordium ducere, et peculiares morbos sub hac febre militantes suo quemque loco exponere. Mihi alia via incedere constitutum est: singulas enim morborum historias enarro, post ali-*

aliquod demum tempus generalem morborum epidemicorum constitutionem expositurus. Accedit, quod existimaverim juniores medicos, qui una mecum hos morbos observarunt, jucundam visorum quondam morborum memoriam habituros esse, et meo periculo forsan incitari, ut vulgares morbos et accuratius observare, et concinne magis describere studeant. Non enim is ego sum, qui ex hisce minutis opusculis gloriolam aliquam in me redundare existimem, cum probe sciam, me iis dotibus destitutum esse, quibus magni in describendis morbis magistri in hac etiam civitate eruditorum orbi inclaruere. Deest mihi illud in observando acumen, deest illa ingenii ubertas, et

Celsi-

gus ſudor. Mane pulſuum celeritas, et aliqua iterum durities.

Eadem continuantur.

1. *Decembr.*

Reſpiratio difficilis: dolor ad ſcrobiculum cordis recrudeſcens: celer fortis, durus pulſus. Alvus 3 poſita, largus ſudor.

Venae Sectio unc. V.
Idem decoctum, absque nitro.

2—4. *Decembr.*

Dolor plurimum imminutus. Lingua ſicceſcens, daedolatio magna alvus 7es poſita, urina coloratior, et molleſcentes pulſus. Hinc grana tria camphorae in emulſo, altera die dupla camphorae doſis, tertia die nullo ſuperſtite doloris veſtigio, magna tamen virium debilitate, corticis peruviani decoctum exhibebatur.

5—19.

5 — 19. *Decembr.*

At altera die valida oppreſſio, et ardor in thorace, et ſub inſpiratione profundiori dexter thorax fere totus immobilis. Sputa quaedam crocea; pulſus celerior, plenior. Cataplaſma emolliens thoraci impoſitum, et potus emollientes tepidi. Altera die vix ullus dolor ſuperſtes. Pulſus fere naturali celeritate, mollis, at magna artuum daedolatio, et non plena adhuc animi praeſentia, quae toto morbi decurſu deſiderabatur. Hinc camphorae iterum grana VI in emulſo, quam binis diebus cum levamine tulit. 8. Dec. apyretos, lingua humectari incipiens. Decoctum nunc corticis peruviani, ſub cujus uſu pulſuum vigor, et animi praeſentia rediit. Cura confirmatoria 23. Decemb. elixiri ſtomachico inchoata, et aeger 28. Decembris e noſocomio dimiſſus 19. morbi die.

OBSERVATIONES

MEDICAE

VARII ARGVMENTI.

EDIDIT

JOSEPHUS EYEREL.

SYLLOGE II.

VIENNAE ET LIPSIAE,

APVD GEORG PHILIPP WVCHERER.

MDCCLXXXVI.

I.

Medicorum dissensus de indole febris Puerperarum.

Mirum certe non eſt, variam in hac febre medendi methodum a medicis adhiberi, cum non una ſit de natura harum febrium ſententia. Alii plethoram lactis, alii uteri inflammationem, omenti et inteſtinorum inflammationem alii, ſunt denique etiam qui putridum in primis viis ſtimulum cauſam proximam eſſe afferant; et quamvis diverſiſſimae ſint, quas celebres medici ſtatuunt, opiniones, ad experientiam tamen

 omnes

omnes provocant, felici quilibet sanatorum hominum cura, et detecta anatomicis sectionibus morbi sede confisus. Difficilis primo intuitu ratio hujus dissensus, cum exercitati in arte viri inter se dissentiant. At si consideremus *Sydenhami effatum*, febres puerperarum in *castra Epidemici transire*, probabilem certe hujus controversiae rationem habemus: Varia scilicet febris puerperarum indoles est pro varia morborum epidemicorum constitutione. Aliis temporibus antiphlogistica methodus prodest, si stationaria aut annua febris inflammatoria fuerit; subinde evacuans et antiseptica methodus juvat, si puerperium in constitutionem biliosо-putridam inciderit. Vniversim peracta graviditatis tempora, vexata ob molem increscentis uteri abdominalia viscera, sordes in canali intestinorum collectae, fractae puerperarum vires etc. excitans tantummodo

causa

caufa funt, cur epidemica febris puerperio fuperveniat. Cum ergo habito ad conftitutionem epidemicam refpectu varia omnino fit medendi methodus, febris puerperarum non pro febre quadam propria habenda eft, fed ad principes in pyrotologia conftituendas febres reducenda, et ex febrium catalogo prorfus delenda eft. Adnexa obfervatio febrem puerperarum exhibet fub regnantis rheumatico - inflammatoriae conftitutionis imperio.

Obfer-

Obſervatio.

Mulier 37 annorum ante quatuor ſeptimanas gemellos peperit. Primus foetus natibus praeviis verſione, alter autem naturali quidem ſitu, at ob vires a primo partu debilitatus, manu obſtetricante eductus. Placentae faetuum ſeparatae partitis vicibus ab obſtetrice exemptae. Toto graviditatis tempore de ventriculo depravato conquerebatur aegra. Quarto circiter graviditatis menſe vená ſecta, et alvus purgata.

Primis a partu diebus ſanguis grumoſus parca copia deceſſit: ſexta die materies pallida faeci cereviſiae ſimilis, itidem parca. 14. puerperii die prima vice domo exiit, at ſemper ſub levioribus horripilationibus rediit. Vbera praebuit gemellis ad 15. Nov. lacte tunc in mammis diſparente.

Die

Die 16. Nov. frigore corripitur, et ſubſequo calore. Vagus primum in dextro abdominis latere dolor per femur diffuſus, dein in ſiniſtro etiam latere, omnem tandem abdominis regionem occupans. Gravior continuo morbus eſt factns, et aegra 20. Nov. veſperi ad nos delata.

Domi ſuaſu obſtetricis caſtoreo juſculo dilutum ſumpſit; dein aquam laxativam: a purgante vomuit. Heſterna die, cum ad nos veniſſet, venae ſectio inſtituta unciarum VIII.

21. *Nov.* 6. *m. d.*

Dolor abdominis aſſiduus, acutus, attactus vel leviſſimi impatiens. Abdomen inſigniter tenſum. Alvus quinquies mota. Pulſus naturali vix non celeritate, ſubdurus. Sanguini heri e vena miſſi cruſta contracta, fimbriata.

Venae

Venae sectio unc. X.
Cataplasma, abdomini applicatum.
Potus emollientes, tepidi.

22. *Nov.*

Intensior heri a meridie abdominis dolor, et major pulsuum durities, ut vena denuo secaretur ad unc. VIII. Tranquillior sequebatur nox, et aliqua doloris remissio. Minus mane intumuit abdomen, at eadem attactus impatientia. Alvus 5. mota, urina naturali coloratior. Pulsus naturali vix non celeritate. Secta vena est. At a meridie et febris et dolor increvere, major pulsuum durities: sanguinis iterum unciae VIII eductae.

23. *Nov.*

Continuato usu emollientinm tepidorum, dolor abdominis sensim per vices remissior, subinde plane evanidus,

dus, univerſim plurimum mitigatus, tandem mobilior factus oculorum orbitas, thoracis latera, femur obambulando vexans. Febricula exigua.

27. Nov.

Veſicans ad nucham. Acrius ea veſpera dolor abdomen infeſtat. Sequentibus diebus relicto abdomine feroſum acre, leniter inflammans ex oculis ſtillicidium; doloris quoque per thoracis integumenta et artus migratio. Tandem abdomini iterum inſedit rheuma abſque ulla febre; os inſuper amarum et ructus. Lene porrigebatur eccoproticum per epicraſin, a quo tamen altera mox die abſtinebatur. Dolor enim abdominis intra aliquot dies eo modo recruduit, accedente pulſuum quadam duritie, ut 7. Decembris novae venae ſectionis unciarum V. et emollientium in- et externorum neceſſitas adeſſet. Rebus ite-

iterum mitigatis lene mannatum cum cremore tartari exhibitum, insigni cum levamine. Raro nunc hinc inde vagante rheumate sambucina cum grano uno, tandem dimidio tartari emetici intra 24 horas exhibebatur: alvus inde libera et cutis major perspiratio. Disparuit dolor omnis, at emaciata aegra, leviori subinde thoracis oppressione tentata, et sputa toto morbi decursu puriformia justa pthyseos suspicionem praebuere. Sola emollienti methodo, decocto Salap. per 5 septimanas continuato lentus admodum in phtysin transitus. Aegra tandem 30. Decembris domum rediit.

II.

Infausta Peripneumoniae, et febris intermittentis connubia.

In curandis febribus continuis remittentibus, ea *notio directrix* tutissime medicum ducit, quae remittentem febrim in elementa sua, ex quibus coaluit, resolvit: unam continuam febrim, alteram intermittentem, utramque et indole sua et typo variis modis invicem junctam. Saepissime prioribus annis in schola clinica vidimus, dum febri principi continuae mederemur, et ipsam sub hac methodo intermittentem aut sopitam, aut si duplicata fuerat, in simplicem conversam fuisse. At non in medico est has febres recta semper via sanare; pendet id potissimum a febris continuae indole et vehementia, et a pravis insuper symptomatibus febrim intermittentem stipantibus. Omnium autem difficillima curatio est, si febris

bris continua inflammatorii generis peripneumoniam simul comitem habeat. In eo enim casu, seu inflammationi, seu intermittenti obviam eas, anceps semper curationis eventus est: Sanationis impedimentum in pulmonum inflammatorio infarctu. Quamvis enim antiphlogistica methodus febri principi conveniens adhibeatur, intermittentis frequentiores paroxismi novo semper impetu vexatos pulmones adficiunt, et morbi vim augent: sin autem intermittens febris cortice peruviano jugulare animus sit, inflammans in sanguine stimulus, nullis antiphlogisticis mitigatus, inevitabile pulmonibus exitium adfert.

Trigam observationum adjicio, quibus haec asserta probantur.

Obser-

Obſervatio I.

Ancilla 38 annorum menſes regulariter ſemper paſſa, per ſex jam ſeptimanas aſſiduam cephalalgiam conqueſta ante 16 circiter dies frigore corripiebatur ſaepius per diem recurrente abſque manifeſto tamen caloris ſenſu, praeſenti tamen ſiti. Ea ſymptomata continuo augebantur, horis praeſertim poſt meridianis. Ante quatuor hebdomades ob continuam cephalalgiam vena ſecabatur. Primis morbi hujuſce diebus ſuaſu aniculae theriacam ſumpſit: largus inde ſudor ſine morbi levamine; dein guttulas, neſcio quas, neque ſudorem neque alvum moventes. Die 16. Nov. ad nos delata.

16. *Nov.* 16. *circiter m. d.*

Caput temulentum: preſſivus oculorum dolor.

Os glutinosum, inappetentia. Lingua levissima albescente pellicula obducta.

Respiratio facilis, tussis rara.

Circa praecordia in latere dextro obscurior infarctus.

Vrina brevi jumentosa facta cum sedimento lateritio. Alvus soluta.

Pulsus celerior, ad debilem accedens, cum aliqua duritie.

Mixtura salina.

17. *Novembr.*

Heri circa meridiem manifesta caloris exacerbatio, sub qua et in pectore et brachiis petechiarum lenticularium eruptio.

Mane capitis ſtupor. Pectus et praecordia libera. Pulſus modice celerior. Vrina coloratior, alvus ter mota. Calor naturali major. Cutis perſpirabilis. Pauciores petechiae.

Mixtura ſalina.

18. *Novembr.*

Rediit heri circa meridiem exacerbatio, protractior, at minus intenſa. Acceſſit audiendi difficultas. Vrina coloratior ſine ſedimento, alvus ab enemate parce mota. Eadem pulſuum conditio.

Decoctum corticis peruviani.
Interpolata mixtura ſalina.

19. *Novembr.*

Manifeſtior iterum heri exacerbatio.

Mane

Mane capitis temulentia, cophofis, et pone finiftram aurem levis tumor ab oritura parotide.

Sputa infuper quaedam crocea, et aliquod profundioris infpirationis impedimentum; levior item hypocondriorum infarctus. Idem reliquorum ftatus.

Decoctum cort. peruv.
omiffa mixt. falin.

20. *Novembr.*

Levior heri exacerbatio. At major hodie capitis ftupor, et tarditas in refpondendo. Liberior ad fenfum refpiratio. Sputa quaedam puriformia. Noctu miliaria erupuere.

Vnc. I. cort. peruv. in decoct.
additis fl. arnicae. drach. II.
fyr. e bacc. famb. unc. II. et
fpir. minder. dr. II.

23. *Novembr.*

Gravior at feriori vefpera omni alterna die exacerbatio. Copiofa miliaria abfque levamine. Largus per noctes fudor, fputa quaedam fanguinolenta.

Eodem continuantur.

24. *Novembr.*

Sera vefpera validus paroxifmus abfque praegreffo frigore, pulfu valde accelerato, refpiratione citata. Exacerbatio longe protracta, fumme debilitans, fero obortis fudoribus.

Corticis peruvian. fcrup. II. omni bihorio.

25. *Novembr.*

Serior heri, at aeque gravis paroixfmus. Tuffis infuper, et remittente etiam febre infpirationis pro-

fundioris impedimentum in thorace dextro.

Decoct. rad. althed. et cort. peruv.

26—28. *Novembr.*

Summa hesterna vespera virium debilitas. Hinc vesicantia suris apposita. Post mediam noctem paroxismus aliquantum remissior. Circa nonam matutinam debiles pulsus, urinae biliosae et totum corpus dilutiori flavedine perfusum, neque plena thoracis libertas. Levior parotidis sinistrae tumor.

Graviores et protractiores reliquis diebus exacerbationes, pectus valde adficientes. Difficilis respiratio cruentaque sputa. Inchoans parotis iterum disparuit. Neque corticis peruviani drachma dimidia cum pauxillo vini, neque mixtura leniter

camphorata levamen tulere. Aegra 28. Nov. fatiſcente paroxiſmo periit.

Sectio.

Vterque pulmo dire inflammatus, dexter praecipue.

In cavo thoracis dextro ultra duas libras ſeri. Pulmones multis in locis connexi pleurae, mediaſtino, diaphragmati antiquis nexubus. Pericardium ubique firmiſſime nexum cum corde.

Epicriſis.

Vitium in hac aegra peripneumonicum ſerius acceſſit, eo periculioſius, cum et ipſe morbus ab initio neglectus et materies quoque inflammans acrior mobiliorque fuerit, quod ex parotide per vices apparente conjicitur. Protractae et ſumme de-

bilitantes exacerbationes corticis peruviani neceſſitatem impoſuere. At augebatur peripneumonicum vitium, ut aegra, monſtrante id cadaveris ſectione, ex inflammationis magnitudine perierit, nullo modo cohibendae.

Obſervatio II.

Vidua 49 annorum catameniis a duobus jam annis ceſſantibus, longo caeteroquin tempore ſana, ante 16 dies ea capitis temulentia, ut vix pedibus potuerit inſiſtere, inappetentia, artuum daedolatione, amarore oris, frigore et calore per vices recurrentibus vexata, ante 8 dies noſocomium magnum adiit. Die 8. Nov. ad nos delata. Domi remediis nullis uſa.

8. *Novembr.* 16. *m. d.*

Caput temulentum. Os amarum, vomituritio. Lingua mucoſa, flaveſcens.

Reſpiratio facilis: tuſſis praegreſſa nocte frequens, irritamento ſub ſcrobiculo cordis, ſputa puriformia.

Abdomen indolens, tumidulum.

Pulſus

Pulſus celerior, duriuſculus. Calor naturali major. Flaveſcens corporis et faciei color.

In Noſocomio magno a mixtura ſalina alvus 12. poſita: Vena quoque ſecabatur ſemel, et parce.

Mixtura ſalina.

9. *Novembr.*

Multa per noctem inquies. Temulentia, os amarum, vomituritio, ructus. Lingua albida, modice flaveſcens.

Siniſtrum thoracis latus minus expedite attollitur, ſputa quaedam puriformia.

Vrina coloratior, alvus liquida 9. poſita. Pulſus celerior, ſubdurus.

Decoctum alth. cum nitro tepide.

Circa meridiem emeticum.

10.

10. *Novembr.*

Octies vomuit: at neque copiose, neque eminentiori subsecuto levamine. Vesperi horruit, caluit, dein alvus 5 posita. Oris hodie amaror, caput grave.

Thorax sinister inspiratione profundiori minus elevatus. Sputa tenacia, puriformia.

Pulsus celer, sat fortis.

Emollientia continuantur.

11. *Nov.*

Heri sera vespera praegresso horrore, et subsequente calore 4 circiter horarum sudores inter aegra indormivit.

Alvus 7. posita, aquosa.

Pulsus celerior, vibrans.

Idem

Idem fere reliquorum ſtatus.

Venae ſectio unc. V.
Decoctum altheae ſine nitro.

12. *Novembr.*

In ſanguine e vena miſſo cruſta inchoans, parcum ſerum Noctu alvus 5. poſita.

Minor thoracis elevandae libertas. Pulſus celer, vibrans.

Emollientia continuantur.
Cataplaſma remotum.

13—18. *Nov.*

Ob validiorem heſterna die exacerbationem decoctum corticis peruviani praeſcriptum. Mitiores inde ſequentibus diebus acceſſiones. At thoracis continuo major oppreſſio, et inaequalior elevatio, ſputis purulentis, ſubinde croceis. Profuſior tamen omni die alvus.

16.

16. Novembr. a meridie binae febris acceſſiones, praegreſſo ſemper horrore valido. Noctu quoque bis febris exacerbata. Alvus 9. mota.

17. Nov. levior exacerbatio: at dolor lateris ſub profundiori inſpiratione: ſputa purulenta: alvus 6. mota.

Continuatur decoctum corticis: omni veſpera paregoricum.

19—23. *Nov.*

18. Nov. a meridie valida febris exacerbatio in ſeram uſque noctem protracta. Magna thoracis oppreſſio. Sanguinis unciae V. e vena eductae. Omni bihorio, praemiſſo mane paregorico ſcrupuli duo corticis peruviani.

Leviores nunc continuo exacerbationes ſub continuato uſu corticis peru-

peruviani, at deterior ſemper thoracis conditio. Sputa purulenta. Coſtae ſiniſtri lateris ſub inſpiratione fere immobiles.

Aegra tandem 23. Novemb. morbi die 35. periit.

Sectio.

In ſiniſtro thoracis cavo librae circiter quatuor ſeri ſubflaveſcentis dira utriuſque pulmonis, ſiniſtri potiſſimum inflammatio.

Veſicula fellea plus quam 40 calculis triangularibus repleta.

Epicriſis.

Manifeſta in initio febris bilioſae imago. Continuus amaror oris vomituritiones, ructus, lingua flaveſcens, bilioſae urina, et flaveſcens cor-

corporis faciei imprimis color id clare demonſtrabant. Serius peripneumonicum vitium evolutum. Antiphlogiſtica methodo adhibita vehementiores exacerbationes, ut intermittens febris cortice debuerit cohiberi. Increvit interim pulmonum inflammatio nullo modo praevertenda. Ipſe denique morbus, qui per 16 dies negligebatur, infauſtam prognoſin ſuppeditabat.

Obſerva-

Obſervatio III.

Operarius 48 annorum, antea longo tempore ſanus (excepta aliqua aegritudine inundationem illam torrentem Viennae fluvii, ex qua tamen perfecte convaluit) die 3. Novembris horrore vehementi corripitur, calore ſubſequo, et dolore lateris ſiniſtri punctorio. Eadem Symptomata ſecunda et tertia die aucta. Die 4. ad noſocomium magnum, 5. ad nos delatus.

7. Nov. 5. m. d.

Caput indolens, lingua albida, ſapor oris nauſeoſo dulcis.

Thoracis oppreſſio continua. Inſpiratio ſolo fere ſiniſtro thoracis latere peracta. Dolor lateris ſiniſtri punctorius ad oras coſtarum ſpuriarum, anteriora et ſuperiora verſus diffuſus, tuſſi et inſpiratione auctus.

Sputa

Sputa in morbi initio ſtriis ſanguineis permixta.

Praecordia indolentia. Abdomen molle.

Pulſus naturali celerior, ſubdurus, doloris vehementiae non reſpondens. Calor naturali major, color corporis ſubflaveſcens.

Die ſecunda morbi domi parca venae ſectio: largior die quarto in noſocomio magno, ſubſecuto aliquo levamine: ſanguis cruſta tectus.

Venae ſectio unc. X.
Potus emolliens, tepidus.
Cataplaſma.

8. *Novembr.*

Heſterna die e meridie febris exacerbatio abſque praegreſſo frigore. Noctu exiguum doloris levamen. Aſ-

ſidua

ſidua thoracis oppreſſio. Tuſſis rara, ſputa quaedam cruenta.

Alvus ab enemate pultacea, copioſa. Vrina jumentoſa, cum ſedimento lateritio.

Modica pulſuum celeritas, vix ulla durities.

Cruſta ſanguinis e vena miſſi ingens, craſſa, flava.

Continuantur emollientia.

9 — 12. *Nov.*

Heri a meridie febris intenſior, urgente thoracis oppreſſione et dolore. Hinc unciae VIII. ſanguinis eductae. Perſtans veſpera oppreſſio, et ſputa ſanguine tincta iteratam phlebotomiam exigere. Noctu quaedam ſymptomatum remiſſio. Sanguis a prima venae ſectione cruſtam magnam,

nam, diffuſam, a ſecunda inchoantem ſolummodo exhibuit.

Sequentibus diebus levior a meridie exacerbatio ſub emollientium uſu mitior, et oppreſſio et dolor, at inaequalis ſemper inſpiratio, thorace fere immoto. Pulſus celer, mollis.

12. Nov. a meridie pulſus plenior, naturali tamen celeritate; ſera tandem veſpera tenuis, debiliſſimus, remittens, intermittens ſudore per totum corpus aequabili, magna reſpirationis libertate, mente praeſentiſſima: morientis imago. Corticis peruviani decoctum cum gr. XII. camphorae: et duo veſicantia ſuris appoſita.

13—23. *Nov.*

Exacerbatione finita reliqua nox ſcit tranquilla. Mane pulſus debiles, aequa-

aequales tamen. Nulla thoracis oppreſſio, manente ſiniſtri lateris immobilitate. Nulla ſequentibus diebus exacerbatio rediit. Sputa tamen puriformia, et eadem reſpirationis conditio. Vrinae ſenſim nullo depoſito lateritio ſedimento ad ſanorum urinas accedebant. Continuabatur per aliquot dies corticis peruviani decoctum, debilius poſtea, et cum radicis altheae decocto, cum vires magis inſurgerent; tandem omnino ſepoſitum, et cum mixtura ex mucilagine gummi arabici et aqua florum rhaeados commutatum.

23. *Nov.* — 12. *Decembr.*

23. et 24. a meridie modicum oppreſſionis augmento, et exacerbationis febrilis ſuſpicio. Vrinae inſuper lateritiae. Cortice peruviano emollientibus juncto oritura intermittens ſuppreſſa. 1. Decembr. Mucilaginoſa

iterum

iterum exhibita. Oppreſſionis ſenſus ſinſim diſparuit; at inaequalis ſemper inſpiratio et ſputa purulenta.

13. *Decembr.* — 3. *Ian.*

Pulſuum aliqua iterum durities. Altera die et fortiores et pleniores, oppreſſio inſuper aucta venae ſectionem unciarum 8 indicabant. Sanguis phlogiſticus. Potus antiphlogiſtici. Fracta et diſſipata iterum phlogoſis. At omne inſpirationis negotium ſolo dextro thorace abſolvebatur. Latus ſiniſtrum manu leviter percuſſum ſonum nullum edidit. Sputa continuo purulenta, eaque copioſa. Nulla tamen colliquans diarrhaea, nulli pthyſicorum more nocturni ſudores, nullae veſpertinae exacerbationes. Aeger tandem ſub aſſiduo emollientium tepidorum uſu emaciatiſſimus ſenſim ſine ſenſu vivere deſiit 63. morbi die.

Sectio.

In cavo thoracis ſiniſtro magna copia effuſae lymphae coagulabilis. Magnus inter ſiniſtrum pulmonem et pleuram abſceſſus. Dexter pulmo magna ex parte adhuc crude inflammatus.

Epicriſis.

Longus duorum menſium morbus: Pleuroperipneumonia febri intermittenti duplicatae ſociata, in pthyſin tandem terminata.

Et ipſum peripneumonicum vitium mox in initio ſat grave ex laeſae reſpirationis difficultate, ſputorum conditione, et pulſu doloris vehementiae non reſpondente judicabatur. Ad magnitudinem inflammationis febris inſuper intermittens acceſſit, et ipſa perniciosiſſima, cortice peruviano

ruviano illico ſupprimenda. Non potuit tamen impediri, quin inflammata pulmonum loca ſuppurarint, quamvis lente et abſque colliquantibus diarrhaeis aut ſudoribus tabifica mors inſecuta ſit. Id quoque ſectio cadaveris quod in pleriſque peripneumonicum videre contingit, oſtendit, in eodem ſuppurato viſcere, crudam una poſſe inflammationem exiſtere; magno certe argumento, emollientem antiphlogiſticam in curanda pthyſi methodum balſamicis, irritantibus medicamentis, longe eſſe anteferendam.

Varia Colicae Pictonum medendi methodus.

Dirum morbi genus et ſaevitie ſua, et pertinacia, cum in eodem homine, niſi genus vitae mutare datum ſit, ſaepius et brevibus intervallis recurrat. Quinam artificum plumbata tractantium morbo huic ſuccumbant, in docto et eleganti clariſſimi *Haeberl*, de febribus annuis libello, abunde ſcriptum eſt.

Variam medendi methodum Medici adhibuere, quae ad triplex genus reduci poterit:

1) Methodus involvens, quae emollientibus, oleoſis potis, injectis, externe applicatis vexata inteſtina fovet.

2) Me-

2) Methodus evacuans purgantibus eccoproticis, clyſmatibus etiam alvum ſollicitans.

3) Methodus narcotica, quae doloris ſaevitiem, et turbas inde excitatas opiatis ſedat.

Sua cuique methodo oportunitas, et ſaepiſſime ex apto duntaxat triplicis methodi connubio optima morbo medela paratur.

Obſervatio.

Sellarum pictor 59 annorum per decem annos ſaturninis operibus victum quaerens colica pictonum ſaepius laboravit. Elapſo Menſe Maji colicis iterum doloribus vexatus in noſocomio magno decubuit, intra 4 ſeptimanas ſanatus.

Elapſo octiduo frigore et calore, ardore ventriculi, torminibus ſaevis, doloribus artuum vagis, et daedolatione corripitur. Ructus inſuper acidi, et pertinax alvi conſtipatio. Continua fuere haec morbi ſymptomata in heſternam uſque diem. Alvus heri enemate ſollicitata bis mota.

14. *Nov.* 8. *m. d.*

Dolor abdominis continuus, attactum non ferens, per vices intenſior. Spiritus quoque aliqua difficultas, et vagi artuum dolores. Alvus ab enemate ter mota. Pulſus naturali fere celeritate, at plenus, fortis, durus, vibrans.

Cataplaſma emolliens abdomini applicatum.
Emulſ. ordinar.

15. *Novembr.*

Heri a meridie et noctu etiam 8. aeruginosa vomuit. Intensior abdominis dolor; dolores artuum vagi. Vrinae jumentosae, alvus enemate bis sollicitata. Pulsuum eadem celeritas, at ingens durities chordae ferreae ad instar.

Venae sectio unc. VIII.
Emollientium continuatio.
Lene eccoproticum mannatum cum cremore tartari, per epicrasin sumendum.

16 — 23. *Novembr.*

Ea heri versus vesperam dolorum in abdomine saevities, ut convulsionum timor subesset. Desistebatur ab eccoprotico. Granum dimidium opii exhibitnm. Emulf. et enema. Nox magis tranquilla. Dolor paulo remissior.

A meridie aliquoties vomuit. Emollientia continuata.

Sera vespera dolorum exacerbatio, et frequens vomitus. Granum dimidum opii et vomitum et dolores sedavit. Alvus ea nocte ab enemate saepius mota.

Continuatis emollientibus, et opio omni vespera exhibito intra biduum adeo mitescebat dolor, ut 19. Nov. abdomen rudiorem etiam attactum ferret. Vltima nocte ingens faecum copia dejecta.

Solo jam enematum et emollientium usu dolor omnis sensim evanuit, et pulsus ad naturalem mollitiem rediit. Aeger tandem 25. Novembr. e nosocomio dimissus.

Inflam-

IV.

Inflammatoria febris cum ſeroſa colluvie ex praegreſſa intermittente tertiana.

Famulus 25 annorum ante 5 menſes Laxenburgi degens febre intermittente tertiana correptus, in pagum Doebling Viennae vicinum, ob intermittentes febres jam dudum infamem migravit. Febre intra quatuordecim dies a chirurgo non profligata Viennae noſocomium magnum adiit. Elapſis octo ſeptimanis a febre tandem ſanatus 2. Novembris dimittebatur. At cum primum egrederetur novus acceſſit paroxiſmus, tertia iterum die rediens. Binis his paroxiſmis febris haec intermittens abſoluta. Non tamen perfecta ab eo tempore ſanitas: nam et calores nocturni, frequens inſudatio, pedum oedema brevi iterum evanidum, et aſſiduus circa praecordia oppreſſionis ſenſus.

Ante

Ante 9. dies thoracis oppreſſione, tuſſi calore, et largo ſubſequo ſudore corripitur. Continua ad 13. Decembris febris.

19. *Decembr.* 9. *m. d.*

Lingua albida: levis amaror oris Tuſſis rarior, ſputa mucoſa. Sub profundiori inſpiratione ſenſus oppreſſionis ad ſcrobiculum cordis.

Praecordia indolentia: levior tamen circa lien abdominis tumeſcentia.

Vrina brevi jumentoſa facta cum ſedimento lateritio: alvus ab aliquot diebus moroſior.

Pulſus naturali celerior, fortis, durus, calor naturali major.

Antiphlogiſtica nitroſa.

20. *Decembr.*

Heri a meridie remiſſior paulo febris: at manifeſtior nunc etiam hepatis infarctus, et oppreſſio ad ſcrobiculum cordis inſpiratione profundiori aucta. .

Sedimentum in urina lateritium, alvus bis mota. Pulſuum naturalis fere celeritas, et major mollities.

Solventia antiphlogiſtica.

21. *Decembr.*

Noctu intenſior febris. Aucta circa praecordia oppreſſio. Ingens ſedimenti lateritii copia. Celerior pulſus.

Continuantur antiphlogiſtica.

22. *Decembr.*

Major iterum noctu incaleſcentia: intenſior dolor ad cardiam, verſus

ſus thoracem ad ſcapulas uſque protenſus, auctus profunda inſpiratione, et rudiori attactu. Acceſſit narium haemorrhagia. Coloratiores urinae cum ſedimento lateritio. Pulſus modice celerior.

Venae ſectio unc. VIII.
Antiphlogiſtica emollientia.
Cataplaſma emolliens.

23. *Decembr.*

Circa mediam noctem manifeſtior febris exacerbatio profuſo tandem ſudore terminata. Levior jam circa cardiam oppreſſio, et dolor per dorſum punctorius evanidus. Facilis reſpiratio, rara tuſſis. Lingua albida, dilute flaveſcens. Abdomen molle, collapſum. Vrinae fere ictericorum; alvus pultacea, bis mota.

Pulſus naturali modice celerior, minus vibrans. In ſanguine heri e

vena

vena miſſo initians cruſta, et ſerum viride.

Venae ſectio unc. VIII.
Emollientium continuatio.

24. *Decembr.*

Verſus auroram febris exacerbatio rediit. Mitior nunc oppreſſio, et dolor ſub profundiori tantum inſpiratione. Auctus. Modica pulſuum celeritas, aliqua tamen vibratio. Vrinae bilioſae. Alvus ſemel mota.

Venae ſectio unc. VIII.
Emollientium continuatio.

25. *Decembr.*

Serior continuo ſequentibus diebus exacerbatio rediit, mitior tamen continuato emollientium uſu. Dolor omnis ſenſim evanuit. At facies noctu intumuit, interdiu detumeſcens. Addito emollientibus liquore terrae

foliatae tartari urinae copiosiores ad naturalem sensim colorem accedebant.

3. *Ianuar.*

Nulla heri exacerbatio. Levissimum inspirationis profundioris impedimentnm. Major faciei intumescentia. Vrinae copiosae.

Continuatum emolliens decoctum aúcta dosi liquoris terrae foliatae tartari. Copiosum inde urinae profluvium, facies detumuit, tenuissima febris.

7. Ianuarii aeger apyretos, nullae doloris reliquiae. Convaluit, at errore in diaeta commisso, novae febris remittentis accessiones, post aliquot iterum circuitus solventium usu sublatae. Aeger 26. Ianuar. sanus ad suos rediit.

V. *Rhen-*

V.

Rheuma ad hepar et inteſtina converſum.

Obſervatio I.

Lotrix 17 annorum ante 12 dies cephalalgia et artuum doloribus vexabatur. Acceſſit frigus, et calor. Secunda et tertia morbi die veſpertina manifeſtior exacerbatio. Dein continua febris, aucta interim capitis temulentia, et artuum daedolatione. Remediis domi utebatur nullis. II. Vena ſecabatur in noſocomio magno.

15. *Decembr.* 12. *m. d.*

Veriginoſum caput, aſſiduus aurium tinnitus. Lingua albida, mucoſa. Thoracis oppreſſio nulla.

In regione epigaſtrica verſus hepar dolor fixus, aſſiduus, attactus impatiens, per reliquum etiam abdomen diffuſus. Vrinae brevi jumentoſae factae, cum ſedimento lateritio: alvus ter mota.

Pulſus

Pulſus naturali vix non celeritate, non plenus, non fortis.

Calor parum auctus: daedolatio

Cataplaſma emolliens abdomini.

Decoctum emolliens cum nitro.

16 — 20. *Decembr.*

Eadem doloris per abdomen diffuſio, minor tamen ejuſdem ad attactum intenſio, aucta interim capitis temulentia. Pulſuum debilitas fere, et naturalis celeritas. Copioſum in urina ſedimentum.

Continuato antiphlogiſticorum uſu mitior, et anguſtiori plaga circumſcriptus abdominis dolor. Minor ſenſim capitis temulentia, et ſenſuum tarditas, ſat valida tamen artuum daedolatio. Pulſuum nunc plenior evolutio,

lutio, et aliqua vibrationum acceſſio. Idem, aeque abundans urinae ſedimentum.

21. *Decembr.*

Heri ſera veſpera magis incaluit; reliquum noctis dormiendo peractum. Mane ſub inſpiratione profundiori aliquod in thoracis parte ſuperiori impedimentum notabatur. Lingua leviſſime albida, pulſuum in carpo praecipue ſiniſtro aliqua durities. Abdomen indolens. Vrinae bilioſae abſque ſedimento. Levior capitis temulentia, aſſidua daedolatio.

Praeſcripto emulſo nitroſo nullum ea veſpera caloris augmentum. At major intra biduum thoracis adfectio. Doloris et tenſionis in dextro thorace ſenſus, ſputa aliqua crocea, et inferiores coſtae inter inſpirandum minus diductae. Dolor iterum ſub cordis ſcro-

ſcrobiculo recruduit, attactum non ferens. Pulſus celerior, plenus, durus. Vrina ſine ſedimento, alvus aquoſa. Major inſuper ſenſuum tarditas et daedolatio, ut 23. Dec. ſanguinis unciae V. educerentur, et latus adfectum emollienti cataplaſmate foveretur. Potus inſuper emolliens, nitroſus, tepidus. Oppreſſione circa veſperam aucta, accedente pulſuum duritie venae ſectio repetita.

24. *Dec.* — 12. *Ian.*

Aliqua doloris mitigatio. Sanguis emiſſus cruſta inchoante gelatinoſa tectus.

Continuatis emollientibus dolor thoracis et abdominis de die in diem magis miteſcebat. Febricula ſenſim exigua, urina ad naturalem propius accedebat, et plena tandem inſpirationis libertas. 12. Ianuarii morbi die 28. aegra ſanata dimittebatur.

Obſer-

Obſervatio II.

Lotrix 20 annorum catameniis ultimo menſe ſuppreſſis 4. Ianuarii febre corripitur remittente primum, dein ultimis diebus continua facta. Magna jam ab initio daedolatio, et capitis ſtupor adfuere. Die 13. morbi vena ſecabatur; aliquod inde levamen.

15. *Ianuar.* 13. *m. d.*

Lancinans capitis dolor. Levis amaror oris. Lingua albida, tenui pellicula tecta.

Nulla thoracis oppreſſio. Hypocondria mollia: abdomen modice inflatum.

Alvus quater mota, copioſa, pultacea. Vrinae copioſae cum ſedimento mucoſo,

Pulſus naturali parum celerior, at fortis, ſubdurus, vibrans. Calor intenſior, non urens. Cutis perſpirabilis.

Venae ſectio unc. X.
Potus emolliens nitroſus.

17. *Ianuar.*

Noctu acceſſit dolor faucium: uvula modice inflammata. Levius in deglutiendo impedimentum. Caput indolens: ſtupor. Lingua albida.

Nulla in inſpiratione difficultas; tuſſis frequens: ſputa quaedam puriformia.

Alvus 6. poſita. Vrina cum ſedimento mucoſo.

Pulſus acceleratus, plenus, durus, fortis. Sanguinis e vena miſſi cruor compactus.

Venae

Venae ſectio unc. V.
Emollientia ſine nitro.
Gargariſma emolliens.

18. *Ianuar.*

Levior faucium rubedo: alvus 13. mota inter tormina. Tuſſis rarior Sedimentum in urina mucoſum. Pulſus plenus, fortis, durus.

Emollientia continuantur.
Sinapiſmus inter ſcapulas.

19. *Ianuar.*

Minor nunc, ac praegreſſis diebus, capitis temulentia. Deglutitio ob faucium dolores valde impedita. Amaror oris, Lingua albida. Tuſſis rara, ſputa mucoſa, pauxillo ſanguine tincta. Thorax oppreſſionis expers.

Alvus torminoſa 9. mota. Vrinae naturales. Pulſus celer, plenus. Daedolatio.

Emol-

Emollientia ſine nitro.
Cataplaſmate collum fovebatur.

20. *Ianuar.*

Heri ſera veſpera manifeſtior pulſuum durities: ſputa inſuper crocea. Facta phlebotomia unc. VIII. Noctu tuſſis crebra, catarrhoſa. Profuſa diarrhaea, nullis doloribus ſtipata. Dolor faucium remiſſior, facilior deglutitio. Pulſus naturali fere celeritate, non plenus, non durus. Sanguis e vena miſſus compactus, abſque cruſta.

Emollientia continuantur.
Noctu granum dimidium opii.

21. *Ianuar.*

Profuſior ſequentibus diebus diarrhaea non niſi dimidio opii grano omni veſperi exhibito paulo moderatior

tior facta. Dolor faucium ſenſim evanidus. Sputa puriformia, ſubinde cruenta. Alta tamen inſpiratio, et frequens inanis tuſſicula. Abdomen tumidulum, indolens. Mucoſum in urinis ſedimentum. Levior febris. Continuata ſunt ſambucina emollientibus juncta.

24. *Ianuar.*

Major morbi in thoracem impetus. Sputa puriformia, ſanguine tincta. Crebra tuſſicula. A profundiori inſpiratione ſtrepitus in thorace exauditus. Profuſior iterum diarrhaea. Recruduit 26. faucium dolor, ſicceſcente et albeſcente lingua; cophoſis. Pulſus ſenſim fortior et major illius durities, ut ad reſumpta mere emollientia remedia venae ſectio unciarium VIII. accederet, cruſta craſſa diffuſa, diſcolori apparente.

30. *Ianuar.*

Conferta in abdomine noctu miliaria proruperе; profuſa perſtante diarrhaea parciora, illa ſenſim minuta iterum confertiora. Vniverſim inſigne a miliaribus levamen. Tenuis febricula.

Sequentibus diebus minor ſenſim alvi frequentia. Faucium et ſputorum melior in dies conditio. Sedimentum in urina mucoſum. Lenta cutis poſt evaneſcentia miliaria deſquamatia. Convaluit.

15. *Febr.*

Errore in diaeta commiſſo recruduit dolor faucium. Lingua albida. Frequens tuſſis, ſputa puriformia. Diarrhaea. Pulſuum major celeritas, et aliqua durities. Secta eſt vena.

Vnc. VIII. Potus emollientes tepidi, quibus ſedulo continuatis aegra tandem ſanata e noſocomio dimiſſa. 27. Febr. 58. morbi die.

Enteritis

VI.

Enteritis cum hepatitide et peripneumonia.

Mulier 29 annorum decem prolium mater, ante biennium ultimum partum enixa. Ante 4 ſeptimanas tertio, ut videtur graviditatis menſe, (nam catamenia tota aeſtate ſaepius redeuntia, tunc penitus emanſerant.) cognatos ruri inviſura, curru per ſaxuoſa loca vecta, abortum probabilius patitur, profuſiſſima haemorrhagia uteri oborta, per triduum durante, quae linteis aqua frigida imbutis tandem ſiſtebatur. At aſſidua ab eo tempore thoracis oppreſſio, continua febris. Inappetentia inſuper, abdominis dolor, et calidum pedum ad malleolos oedema. Domum redux aegrotae proli inſerviens, ſe ipſam neglexit: quinque ultimis diebus decubuit. Domi ante 5 dies a purgante aſſumpto levamen nullum experta.

19.

19. *Decembr.*

Cephalaea. Os amarum, vomituritio. Lingua in medio arefcens, circa margines glutine obducta.

Spirandi difficultas ab ultimis quinque diebus major, fub profundiori praefertim infpiratione doloris et oppreffionis augmentum. Tuffis rara, fputa puriformia. Dolor per totum abdomen diffufus, leviffimi etiam attactus impatiens. Oedema pedum fere evanidum, dolor tamen ad malleolos ab attactu. Artuum dolores vagi. Pulfus celer, in carpo finiftro durus, vibrans. Cutis perfpirabilis.

Venae fectio unc. VI.
Cataplafma emolliens abdomini.
Decoctum falap. tepide.

20. *Decembr.*

Mitigatus paululum dolor abdominis. Dolor ſub ſterno in profundiori inſpiratione, et thoracis elevatio inaequalis. Parcum, mucoſum in urina ſedimentum. Alvus ſoluta. Pulſus magis plenus, durus. Sanguis e vena miſſus compactus, cruſta nulla tectus.

Continuantur emollientia.

21 — 22. *Decembr.*

Difficultas reſpirationis: dolor ſub profundiori inſpiratione ad ſcrobiculum cordis. Dolor per totum abdomen diffuſus, attactus impatiens, in hepatis praeſertim regione. Sputa puriformia alvus bis dejecta. Pulſus celerior, vibrans.

Venae ſectio unc. VII.
Emollientium continuatio.

22. Decembr. ſanguis pridie e vena miſſus cruſtam nullam exhibuit. Imminuta parumper inflammationis ſymptomata.

23. *Decembr.*

Continuum in thorace ſiniſtro profundioris inſpirationis impedimentum. Oppreſſio per vices major. Sputa crocea. Pulſus celerior, ſubdurus. Venae ſectio unciarum VIII. inſtituta. Sera veſpera oppreſſionis augmentum, et major pulſuum durities iteratam venae ſectionem unc. V. indicabat. Sanguinis educti cruſta rheumatica.

24. *Decembr.*

Oppreſſio thoracis, et abdominis dolor parum imminutus, intra octiduum demum ſenſim ſine ſenſu evanidus. Thorax manu percuſſus ſonitum

nullum

nullum edens. Coſtis quoque, quae inter inſpirandum vix diductae apparebant, aliqua tandem libertas rediit. Sputa purulenta in dies parciora, urinae magis naturales, lingua mollior humidiorque, exigua febricula, plena tandem ſanatio ſub aſſiduo emollientium tepidorum uſu. Aegra 10. Ianuarii dimiſſa.

VII.

VII.

Subdola Pleuritidis latentis origo.

Multum certe debemus *Baglivio*, qui medicos primo de periculo tam lenis ad ſpeciem morbi admonuit. Neque tamen video, medicos noſtro, quam illius aevo in dignoſcenda curandave latente pleuritide magis attentos, aut magis cautos eſſe. Praetervident enim, quamquam quotidianis periculis moniti, naſciturum morbum, aut etiam agnitum ita parum curant, cum aegri plerumque neque minimam periculi inſtantis ſuſpicionem habeant, et averſa etiam praemature tabifica morte, magnae medelae peractae rumor nullus ſequatur: ac ſi omnis Medicina magis in opinione vulgi, quam in docta, tacita licet, morborum ſanatione verſaretur.

Intereſt fontes noſſe, e quibus tanta et inſanabilia mala quotidie

oriuntur.

oriuntur. Frequentiſſima cauſa ſunt praegreſſae pleuritidis aut pleuroperipneumoniae reliquiae. Dum enim fracto generoſa antiphlogiſtica methodo morbi impetu convaleſcere incipiunt aegri, manu mittuntur a medicis, utpote ſanati. At niſi omnis phlogoſis diſcuſſa fuerit, aut recidivas patiuntur, aut quod ſaepiſſime contingit, in latentes pleuritides incidunt, poſt longa demum tempora pthyſi terminandas. Gravis hinc ſit regula, ut in convaleſcentibus ex morbis inflammatoriis pectoris ratio potiſſimum inſpirationis habeatur: quamdiu enim ſub profundiori inſpiratione vel lenioris oppreſſionis aut doloris punctorii ſenſus ſuperſtes, aeger quiete in lecto contineatur ſub aſſiduo potuum emollientium uſu: neque poenitebit quemque meticuloſius egiſſe cum ſuis aegris, quicunque oculis ſuis viderit, quouſque neglecta

haec

haec peripneumoniae rudimenta insurgere ſoleant.

Alia, non inſolens cauſa in neglecta catarrhi ſubinflammatorii cura. Omnis enim medicaſtrorum exercitus ita prompte, ac vox ipſa pronuntiatur, catarrhum ſanare poſſe ſibi arrogat. At praeterquam, quod e catarrho ſaepiſſime peripneumoniarum initia ſcaturiant, ut in egregiis ſuis medicinae popularis inſtitutis *Tiſſotus* monuit, antiphlogiſticam methodum malo opponere plerumque negligunt, et catarrhum cortice peruviano, lichene islandico, aliiſque ex adſtringentium medicamentorum claſſe opprimunt; malo certe rerum eventu, cum praecipiti hac feſtinatione ſimplex catarrhus in pleuritidem, aut chronicam pulmonum inflammationem, aut ipſam tandem pthyſin abeat.

Tuberculosa etiam pulmonum conditio non raro hunc morbum generat. Saepius enim infarcta haec ab extravasata lympha coagulabili pulmonum loca de novo inflammantur, ac pus fundunt, modo in angusta, modo in latiori plaga, donec tandem maxima pulmonum pars destructa sit.

Maximum vero periculum iis imminet, qui chronica, saepe nativa ad pthysin praedispositione mulctantur: Ii enim, quibus thorax angustus, alatae scapulae, collum praelongum, tenuis fibra, et irritabilitas corporis aucta, quam maxime huic malo sunt obnoxii.

Tam mitis saepe hujus morbi species est, ut et aegri, et medici vix morbum adesse existiment. Febris enim nulla, aut omnino exigua, et nullum in respirationis negotio impedimentum pulmonum integritatem significant.

nificant. At ex accuratiori examine patet, aegros continuo dolorem quendam in thorace fixum, non errabundum perſentire, incitatiori praeſertim corporis motu, aut ſi data opera profundius inſpirent, magis notabilem. Febricula plerumque tenuiſſima hanc chronicam pulmonum inflammationem comitatur, ex vagis tantum horripilationibus, leviori et tranſitoria incaleſcentia, et modica pulſuum vibratione dignoſcenda. Male conſulitur aegrorum ſaluti, ſi medici ſubdola hac latentium peripneumoniarum ſecuritate deluſi, ambulatorium corporis motum, equitationem, vinum exhilarans, et lautiorem victum ſuadent. Magis enim ab iis ſtimulis ſanguis inflammatur, et aeger certe citius aut ſerius in pthyſin immedicabilem incidit. Vnica medela in potu multo emolliente, tepido; in victu tenui, vegetabili; et in maxima corporis animique tranquillitate.

 Obſer-

Obſervatio I.

Puer 12 annorum tenerae compagis ante biennium peripneumonia laborabat, dein febre miliari; ſanatus catarrhoſis ab hoc tempore affectionibus continuo obnoxius. Sex abhinc diebus febre continuo corripitur, et leviori ſimul thoracis oppreſſione.

6. *Martii d. m.* 8.

Continua, at levior thoracis oppreſſio lingua albeſcens. Tuſſis frequens, puriformia ſputa.

Pulſus modice celerior, plenus, fortis, vibrans.

Vrinae ſanorum: alvus ſoluta.

Venae ſectio unc. VIII.
Potus emollientes tepidi.

7. Martii.

Vix ulla thoracis oppreſſio. Rarior tuſſis. Sputa puriformia. Aliqua in pulſu durities. Sanguis e vena miſſus cruſta phlogiſtica tectus.

Continuato emollientium uſu plena rediit thoracis libertas, albeſcente tamen lingua, et aliqua remanente pulſuum duritie.

21. Martii.

Praegreſſis ultimis diebus oppreſſio thoracis per vices rediit. Lingua ex albeſcente in nigricantem mutato, ac ſi roob ſambuci eſſet obducta.

21. Martii ſub profundiori inſpiratione in ſuperiori thoracis paret levius opprimens impedimentum. Major inſuper ab aliquot diebus pulſuum durities.

Venae

Venae ſectio unc. VI.
Decoctum Salap.

22. *Martii.*

Minor oppreſſionis ſenſus, nondum plena tamen reſpirationis aequalitas. Pulſus naturali celeritate, fortis, ſubdurus. In ſanguine e vena miſſo inchoans cruſta: cruor compactus.

Continuatis emollientibus naturalis pulſuum mollities rediit, reſpiratio aequabilis facta. Tuſſis continuo rarior. Parca, meliora ſputa. Lingua omnium ultimo emendata. Aeger ſublato omni peripneumoniae rudimento 30 Martii, morbi die 32 dimiſſus.

Obſer-

Observatio II.

Medicinae ſtudioſus Tranſylvanus 26 annorum hyeme anni 1784, ex patria Viennam redux in itinere vagis artuum doloribus iiſque ſaevis corripiebatur. Dolores hi ſenſim minus verſatiles facti in genu dextrum vi omni incubuere, pluribus tandem ſeptimanis diſcuſſae.

Sanus per reliquam hyemem vixerat. At primo vere peripneumonia correptus, antiphlogiſtica methodo, et veſicante ultimis diebus adfecto lateri applicato intra octiduum ſanatus, ſuperſtite tamen ab eo tempore tenſionis ſenſu, ſub profundiori praeſertim inſpiratione magis manifeſto.

Paucas poſt ſeptimanas nova peripneumonica advectio aegrum corripuit, accedentibus ſaburrae ſignis. Decubitu, et ſolventium medicamento-

rum

rum usu malum intra 4 dies ad sensum evanuit, per aestiva tamen tempora, saepius, vix 14 diebus intercalaribus, eodem habitu apparuit, eademque methodo profligata. At 15 Augusti hujusce anni valida iterum peripneumonia accessit. Vena bis secta aeger intra octiduum sanatus.

Iter dein in patriam adgressus est. At in ipso itinere, et in urbe patria, cum primnm advenisset, novis recrudescentis peripneumoniae insultibus tentabatur. Largior tunc sputorum purulentorum copia.

Sanus, ut sibi videbatur], reditum tentabat Viennam, ubi ultima Octobris, absque novo sub itinere accessu, advenerat.

At 14 Novembris inappetentia et amarore oris de imminente morbo aegrum admonitus, altera die orituri

morbi

morbi metum ex animo ſaltando pellere conſultius duxerat.

Die 16 Novembris verſus meridiem horrore valido corripitur, ſubſequo colore, et ſudore largo. Intenſior ſimul dolor in dextro thoracis latere. Aſſiduus ſequentibus diebus dolor, et veſpertina febris exacerbatio.

19. *Nov.* 3. *m. d.*

Dolor in dextro thoracis latere tenſivus, profundiori inſpiratione et tuſſi auctus. Sputa puriformia. Pulſus naturali fere celeritate, durus.

Venae ſectio unc. X.
Potus emollientes tepidi.

Magnum inde levamen dolor vix ullus. Sanguis cruſta tectus. Melior brevi ſputorum conditio, ut aeger intra paucos dies diſceſſerit.

At post paucas septimanas, cum aeger neque quiete se domi gereret, neque emollientium usum continuaret, inordinata insuper victus ratione accedente, in validam Haemoptoen incidit, et ex pthysi tandem periit.

VIII.

Peripneumonia ſub ſpecie febris bilioſae in initio deliteſcens.

Puella 16 annorum menſtrua nondum experta ante biennium morbo acuto, probabilius peripneumonia decubit. Sanata hucuſque morbo nullo tentabatur.

Ante 4 circiter ſeptimanas aſſidua Cephalalgia aegram corripuit. 24 Novembris febris continua acceſſit, cum ingenti daedolatione et oppreſſionis circa praecordia ſenſu.

29. *Nov.* 6. *m. d.*

Caput temulentum. Os amarum. Lingua ſordida, arida, glutine obducta. Sputa pauca, pendula.

Continua ad ſcrobiculum cordis oppreſſio.

Vrinae

Vrinae biliosae: alvus per triduum diarrhaeica.

Pulsus celer, fortis, plenus, subdurus.

Calor naturali major, cutis a praegresso sudore madida, color terreus circa labia et nares, sparsae in pectore petechiae lenticulares.

Decoctum hordei cum nitro.

30. *Novembr.*

Heri circa vesperam valida hortacis oppressio, sputa crocea, et delirium. Vena secta unc. VIII. reliqua nox tranquilla magis fatiscente sensim delirio. Mane dolor ad cardiam versus dextrum latus magis diffusus, tussi et attactu externo auctus.

Pulsus celer, plenus, subdurus. Alvus septies mota: mucosum in urina

na ſedimentum. In ſanguine e vena miſſo initians cruſta.

Venae ſectio unc. VIII.
Decoct. hord. tepide.

1. *Decembr.*

Mite noctu delirium. Acutus circa hepar dolor, tuſſi, inſpiratione, attactu externo auctus. Pulſus minus celer, at fortis, vibrans.

Sordida, ſicceſcens lingua. Vrinae intenſe flavae.

Sanguis e vena miſſus cruſta caeruleſcente, livida, gelatinoſa tectus.

Venae ſectio unc. VII.
Cataplaſma emolliens abdomini applicatum.
Decoctum ſalap. tepide.

2. Decembr.

Mitior paulo in regione epigaſtrica dolor. In profundiori inſpiratione thorax cum ſibilo elevatur. Sputa puriformia, quaedam cruenta. Pulſus celer, vibrans.

In ſanguine e vena miſſo cruſta gelatinoſa, diſcolor, laxe cruori ſubjacenti cohaerens.

Venae ſectio unc. VII.
Emollientia continuantur.

3. Decembr.

Difficilior reſpiratio, frequentior tuſſis, ſputa quaedam cruenta. Acutus magis in hepatis regione dolor. Pulſuum vibratio, naturalis tamen vix non celeritas.

Venae ſectio unc. V.
Emollientia continuantur.

4 — 7. *Decembr.*

Continuato emollientium uſu rediit thoraci libertas, et dolor in hepatis regione ſenſim evanuit, ſuperſtite tamen aliqua pulſuum duritie.

7. *Decembr.*

Placidus noctu ſomnus, abſque ulla fere febre. Mane recruduit dolor in hepatis regione; celerior iterum, et durior pulſus. Acceſſit auditus difficultas, et major in reſpondendo tarditas.

Venae ſectio unc. VI.
Emollientia.

8. *Decembr.*

Plurimum remiſit dolor: aliquod tamen in thorace praecipue dextro inſpirationis impedimentum.

9—15. *Decembr.*

Inſpiratio ſibiloſa ſputa puriformia, quaedam crocea. Major pulſuum celeritas et durities. Mittebantur ſanguinis unc. V.

Circa veſperam ob auctam thoracis oppreſſionem, et cruenta ſputa repetita Venae ſectio unc. IV.

10. Decembr. major thoracis libertas, ſuperſtite aliquo in inſpirando ſtertore.

Sub continuo ſequentibus diebus emollientium uſu major ſenſim animi praeſentia, pulſus mollior, lingua emendata, inaequalis tamen continuo thoracis dextri elevatio.

15. *Decembr.*

Heri circa veſperam perpauca miliaria, hodie iterum diſparentia. Minor

nor iterum thoracis libertas, ſputa purulenta, crocea. Pulſus naturali celeritate, at ſubdurus, vibrans.

Venae ſectio unc. V.
Decoctum ſalap.

16—22. *Decembr.*

Levis ſub inſpiratione ſtertor; nil in ſputis cruenti. Mollior pulſus.

Aequabilior ſenſim ſequentibus diebus reſpiratio, meliora ſputa; exigua, ſenſim fatiſcens febricula.

22—30. *Decembr.*

Heri ſera veſpera, cum nivoſa tempeſtas ingrueret, tuſſis frequens aegram totu noctu vexabat, abſque febre tamen omni. Emulſum tepidum copioſe propinabatur.

23. Rarior iterum tuſſis. Melior in dies reſpiratio, et emendata ſputorum conditio.

At 29 magis iterum tota die incaluit, redeunte per vices thoracis oppreſſione, et vibrante pulſu ut altera die unciae V, et elapſo biduo ob ſtertoroſam adhuc inſpirationem, et impuriorem linguam unciae VIII ſanguinis mitterentur. Sanguis cruſtam exhibuit. Continuato nunc emollientium tepidorum uſu, et parciora et meliora ſenſim ſputa, lingua emendata, reſpirationis plena tandem libertas. Aegra 14 Ianuarii 1786 ex integro ſanata e noſocomio dimiſſa.

IX.

XI.

Graves quaedam in curandis febribus difficultates.

Duo praeprimis ſunt, quae accurata etiam facta diagnoſi, curam febrium nihilominus difficillimam reddunt: morbus in initio neglectus, et varia febrium in eodem homine complicatio. Pone enim aegrum valida inflammatione viſceris cujuſdam, e. g. pulmonum corripi, eumque morbum per plures dies aut ſibi ipſi relictum, aut perverſam omnino medelam adhibitam fuiſſe, morbus certe, cum tuae curae traditur, ita jam increverit, ut et ſuppurata jam ſint plura loca, et ſimul crude adhuc inflammata. Quidquid nunc moliaris, ſero nimis parabis medicinam, cum principiis obſtare non licuit. Id praecipue in febribus inflammatoriis attentionem medici meretur, ne fauſtum adſtantibus eventum praeſagiat, mutatis brevi in pejus aegri rebus. Talis fuerat aegrorum quorundam in Ima et IIda Sylloge

loge ſupra deſcriptorum conditio, qui inflammatione jam multum profecta tandem quaeſivere.

Aliud aeque grave ſanationis impedimentum a varia pendet febrium complicatione, qua non modo id efficitur, ut quae in aegro mutanda ſint, ſibi directe ſaepe ſint oppoſita; ſed praeter ea ipſe princeps morbus tam longe á ſuo ſueto tramite deflectit, ut abnormis omnino appareat nulla arte corrigendus. Infauſtas habuimus peripneumoniae et intermittentis febris complicationes, adeo graves, ut uno morbo ſuppreſſo, alter eo majori vi increſceret. Ad has infauſtas complicationes latentes illae pertinent viſcerum inflammationes in febrium putridarum decurſu accedentes.

Fractae aegrorum vires, et putridum praedominans vitium ſtimulantem, antiſepticam methodum ſibi petunt: at eodem ſtimulante apparatu latentes illae inflammationes latius ſerpunt, et aegros interimunt.

OBSERVATIONES

MEDICAE

VARII ARGVMENTI.

EDIDIT

IOSEPHVS EYEREL.

SYLLOGE III.

VIENNAE ET LIPSIAE,

APVD GEORG PHILIPP WVCHERER.

MDCCLXXXVI.

I.

Ambigua saburrae turgescentis signa.

Quamvis febrium biliosarum theoria, seu illarum signa, seu diversa, quae percurrunt, stadia, medendique methodum spectes, nostris temporibus plurimum sit elaborata: multa tamen adhuc supersunt, quae aut dilucidari magis, aut ob anceps in medendo periculum inculcari frequentius opportet. Inter ea summam attentionem merentur ambigua illa saburrae turgescentis signa, quibus apparentibus medici delusi fomi-

tem morbi mox emetico evacuandum esse putant, fomite tamen in primis viis nullo existente. Quamvis enim amaror oris, linguae sordities, ructus, vomituritio, ipse quoque vomitus materiae biliosae, et urinae bile tinctae biliosarum febrium signa esse soleant, tamen etiam ab aliis causis oriuntur saepissime, ut pro signis biliosarum propriis omnino haberi nequeant.

Interim error hic innocuus neutiquam est, cum medicus morbi specie deceptus, contrariam necessario medicinam faciat. Quis enim nescit, in pleuritidis accessu vomitum saepe biliosum observari, non a plethora biliosa, sed ab inflammante stimulo nervosum systema vellicante profectum, neque emetico, sed antiphlogistica methodo sanandum?

In

In ipſo etiam ventriculo et tubo alimentari levior orta inflammatio ſenſulas membranas continuo irritans, nauſeas, vomituritiones, ipſum vomitum producit. Idem effectus a materia rheumatica ad ventriculum depoſita producitur. Male certe aegrorum rebus conſuleretur evacnantibus remediis, quibus inflammatio horum viſcerum augetur.

Frequentiſſime autem febrium bilioſarum ſimulacra inflammato ſyſtemate hepatico comparent, et minus exercitatis medicis pro ſecundo febrium bilioſorum ſtadio ſaepiſſime imponunt. Emeticis tunc propinatis infarctus ille hepatis inflammatorius adeo non reſolvitur, ut etiam plurimum inde augeatur.

Aliquas obſervationes probando huic aſſerto opportuna addaxiſſe ſufficiat.

Obſer-

Obſervatio I. figulum exhibet, cujus morbum primo aſpectu, aſſidua vomituritio, labii inferioris tremor, et biliosa urinarum conditio, ad febres bilioſas pertinere facile potuiſſent perſuadere. Plurima tamen ſymptomata, et epidemicus genius evidenter demonſtrabant et thoracis et ſyſtematis hepatici inflammatoriam adfectionem. Acceſſit etiam in hoc aegro ſingularis illa ſyſtematis nervoſi in motus ſpaſticos proclivitas, quae in aegris colica Pictonum quondam defunctis saepiſſime obſervatur: Ii enim aegri, quamvis ſanati ab illa colica, novo tamen accedente acuto morbo omni ſpaſmorum et convulſionum genere facillime corripiuntur. Manet enim alte infixa nervorum compagi a ſaturninis laboribus infauſta haec ad quoſcunque febriles ſtimulos mobilitas.

Veſicae

Veſicae inflammatio ultimis temporibus demum acceſſit, nulla ante mingendi difficultate animadverſa.

Obſervatio II. adfectum ſyſtema hepaticum exhibet, variis ſaburrae in primis viis turgentis ſymptomatibus ſtipatum.

III. Obſervationis argumentum vomitus eſt aſſiduus a rheumate ad ventriculum depoſito, non vomitu, ſed emollientibus antiphlogiſticis ſanato.

In IV. denique obſervatione Pleuroperipneumoniae leviori hepatidi junctae hiſtoria habetur. Et primis diebus vomitus bilioſus, et ſequentibus etiam perſtans amaror oris, cardialgia, et bilioſae urinae bilioſam febrim mentiebantur.

Obſer-

Obſervatio I.

Figulus 37 annorum vaſis plumbo incruſtandis occupatus, ante quinque annos colica pictonum laboravit. 20 Martii Febre continua corripitur cum dolore lateris punctorio, anxietate pectus obſidente et pertinaci alvi obſtructione. Acceſſit ſequentibus diebus frequens vomituritio, et mentis vacillatio. Plura reſcire ex aegro, mente jam labante, haud licuit.

28 *Martii.* 8. *m. d.*

Lancinans capitis dolor, temulentia. Sapor oris pituitoſus, vomituritio, tremor labii inferioris, lingua albida, tremula.

Aſſidua thoracis oppreſſio, dolor lateris dextri punctorius, tuſſi, inſpiratione auctus. Tuſſis frequens, ſputa mucoſa.

Acutus

Acutus in dextro hypocondrio dolor, attactu exacerbatus. Abdomen tensum.

Pulsus celer, plenus, fortis, durus. Tendinum subsultus.

Tertia morbi die vena secabatur. Heri iterum vena secta. Crusta rheumatica.

Potus emolliens, nitrosus, tepidus.
Cataplasma emolliens.

29. *Mart.*

Ferox noctu delirium accessit, oppressio thoracis valida, dolor lateris, respiratio inaequalis, thorace dextro minus elevato, inspiratione profundiori tussi interveniente impedita. Acutus in regione hepatis dolor.

Alvus

Alvus ſemel mota. Vrinae bilioſae, ſemihypoſtaticae.

Pulſus celeres, mollesque.

Venae ſectio unc. X.
Emollientium continuatio.

30. *Mart.*

Heri a meridie intenſo valde et lateris, et hypocondrii dextri dolore, et aucta pulſuum duritie Venae ſectio unc. VIII. Nox inter deliria peracta. Mane mens rediit. Vix ulla hepatis et thoracis emendatio. Mollior pulſus. Tremor artuum, linguae, labii inferioris.

Emollientium continuatio.

31. *Mart.* — 3. *April.*

31. Mitior et in thorace, et in praecordiis dolor. Involuntariae alvi et urinarum dejectiones.

32. Fracta plurimum inflammatio. Eadem nervosi sistematis perturbatio. Pulsus mollis, debilis.

Camphorae gr. VI. in emulso.

4. *April.*

Dolor lateris et praecordiorum recruduit. Elatior vibransque pulsus. Major mentis constantia.

Decoctum salap. tepide.

5 — 10. *April.*

Continuato emollientium usu pulmonum et hepatis inflammatio sensim discussa. Prompta ad interrogata responsio. Noctes tranquillae. Naturalis pulsuum celeritas. Soluta alvus.

10. *April.*

Noctu major incalescentia. Mane etiam intensior calor, et modida a prae-

praegreſſo ſudore cutis. Siccefcens lingua, frequentior tuſſis. Sitis magna. Alvus quinquies mota. Pulſus fere naturali celeritate. Cophoſis.

Emollientium continuatio.

11 — 16. *April.*

Mitior proximis diebus rerum facies. At 14. April per omnia fere membra tremor, recrudreſcens praecordiorum dolor, frequens tuſſis. Pulſus fortis, plenus, durus. Inquies noctu multa. Parva ea die venae ſectio, ſera veſpera ob auctam pulſuum duritiem repetita. Cruſta pleuritica. Vix ullum inde levamen. 16. April circa ſeptimam matutinam, praegreſſo noctu miti delirio, narium haemorrhagia, ſubſecuto mox vomitu cruento. Hora circiter elapſa repente moritur.

Sectio.

Sectio.

Levior pulmonis dextri in ſuperiori parte inflammatio, pulmone dextro incolumi.

In abdomine tenſo copioſum ſerum. In hepate margo ſiniſtri lobi inflammatus.

Inteſtina plurimo aere diſtenta.

Veſica urinaria dire inflammata, a magna urinae copia expanſa, totam fere pelvis cavitatem occupans.

Obſer-

Obſervatio II.

Mulier 32 annorum, nunquam gravida, irregulariter ſemper menſtruans ante 5 ſeptimanas diarrhaea corripitur, materia biliofa, 11—15 intra 24 horas eliminata: alvus tandem teneſmoidea et cruenta. Intra 4 ſeptimanas abſque ullo remediorum uſu alvus fluere deſiit.

Ante decem dies continua febri corripitur cum thoracis oppreſſione, et praecordiorum dolore.

24. *Mart.* 10. *m. d.*

Terebrans capitis dolor. Sapor oris amarus. Vomituritio aſſidua. Lingua albeſcens.

Levior hodie thoracis oppreſſio, aucta aliquantum ſub profundiori inſpiratione. Tuſſis rarior, pectoralis.

Hypo-

Hypocondria utraque dolentia, praecipue dextrum, idque magis tensum, et vel leviſſimi attactus impatientiſſimum.

Vrina coloratior cum ſedimento mucoſo: alvus ſemel mota, copioſa, ſcybaloſa.

Pulſus celerior, plenus, fortis, vibrans. Cutis madida, petechiae in pectore lenticulares.

Remediis in hoc morbo utebatur nullis.

Venae ſectio unc. X.
Cataplaſma emolliens.
Potus emolliens, nitroſus, tepidus.

25. *Mart.*

Major thoracis libertas. Abdomen rudiorem etiam attactum ferens.

Sapor

Sapor oris amarus, lingua albida.

Vrinae biliofae, alvus enemate follicitata.

Pulfus plenus, fortis, celer.

Emollientium continuatio.

29. *Mart.*

Difparente fenfim inflammatoria vifcerum affectione, cutis perfpirabilis facta, et petechiis lenticularibus picta. Calor tamen major et pulfuum inchoans debilitas, et capitis levior temulentia.

At 29. Martii manifeftum profundioris infpirationis in inferiori thoracis parte impedimentum; dolens, tenfumque iterum dextrum hypocondrium. Pulfuum aliqua durities.

Decoctum falap.

30. *Mart.*

Noctu miliaria apparuere, dispa-rentibus interim petechiis. Hepar primum, dein sensim et pulmones ab recrudescente inflammatione liberati. Febricula. Disparentibus intra 6 dies miliaribus, et naturali reliquarum excretioum conditione, assiduus amaror oris, et sueta nondum linguae mollities perstabat. Solventibus eccoproticis reliquiae saburrales intra paucos dies eliminatae, et aegra sanata 20. April. é nosocomio dimissa.

Obſervatio III.

Ancilla 30 annorum per 3 ſeptimanas catarrho vexata ante 8 dies in febrim continuam incidit, levi faucium dolore tumoreque et vagis artuum doloribus ſtipatam. Sumptis tertia morbi dies guttis aliquot liquoris min. anod. Hoffmanni vomitus glutinoſae materiae, ſequentibus diebus minus frequens.

15. *Mart.* 9. *m. d.*

Cephalalgia. Os pituitoſum. Mane vomitus bilioſus. Lingua albida flaveſcens. Mitis faucium dolor.

Thoracis libertas. Hypocondria indolentia, mollia.

Vrinae fere naturales; alvus ter mota.

Pulſus

Pulſus modice celerior. Vagi artuum dolores.

Sambucina cum ſale medio.

16. *Martii.*

Alvus ter mota. Vomitus nullus. Pulſus celerior, plenior. Dolores artuum remiſſiores.

Eodem continuantur.

17. *Martii.*

Bis heri vomuit bilioſa multo glutine permixta. Levior ad cardiam dolor. Alvus parca.

Pulſus celerior, plenus. Pauca noctu miliaria.

Lene eccoproticum.

18 — 21. *Martii.*

Soluta et copioſior ſequentibus diebus alvus. Copioſum in urinis

 ſedi-

ſedimentum lateritium. At ſaepius omni die vomuit, et aſſiduus ad cardiam doloris ſenſus.

21. Mart. Dolor is auctus ad attactum, et ardoris in ea regione ſenſus. Incitatior pulſus cum aliqua duritie. Intra 24 horas bis vomuit, Alvus ſoluta.

Venae ſectio unc. VI.
Cataplaſma emolliens.
Potus emolliens tepidus.

22. *Mart.*

Obtuſior ad ſcrobiculum dolor.

Lingua albida, os amarum. Mane bis vomuit. Alvus copioſa. Vrinae parum coloratae, mucoſum ſedimentum.

Eadem continuantur.

23. *Mart.*

Vomitus nullus. At in profunda inſpiratione minor thoracis inferioris libertas, et doloris ſenſus. In regione hepatis dolor attactu auctus. Vrinae turbidae. Pulſuum naturalis celeritas.

Venae ſectio unc. V.
Emollient. continuatio.

24. *Mart.*

Et in thorace et circa hepar mitior dolor, et aequalior reſpiratio.

Alvus copioſa enemate ſollicitata. Bis vomuit. Cruſta in ſanguine miſſo nulla.

Emollientia continuantur.

29—31. *Mart.*

Per biduum nullus vomitus. Nondum plena thoracis libertas.

31. Mart. iterum vomuit. Sambucinis utebatur.

1. *April.*

Nullum refpirationis impedimentum. At doloris circa cardiam fenfus, et levior dextri hypocondrii intumefcentia, et obtufus dolor. Febris nulla.

Sub ufu decocti ex rad. gram. tarax. cich. Hypocondrium fenfim detumuit, tandem indolens, et molle. Alvus foluta, copiofum in urinis lateritium fedimentum. Vomitus, qui omni die femel bifve rediit, 10 April. ceffavit.

Affumpta per aliquot dies mixtura fambucina cum fale medio aegra convaluit, 18 April. e nofocomio dimiffa.

Obfer-

Obſervatio IV.

Operarius, quondam miles, a biennio, febre tunc acuta decumbens, ſanus hucusque, 28 Ianuarii febre continua corripitur, accedente lateris ſiniſtri dolore punctorio. Altera die biliofa vomuit. Secunda morbi die ſanguis miſſus ad unc. VIII. modico ſubſecuto levamine.

1. *Februar.* 5. *m. d.*

Cephalalgia. Lingua albida, flaveſcens in medio. Os a triduo amarum.

Dolor aſſiduus punctorius ad infimas ſiniſtri thoracis coſtas, inſpiratione profundiori, tuſſique auctus. Sputa puriformia.

Vrinae jumentoſae: alvus ſoluta.

Pulſus celer, fortis, durus.

Venae

Venae ſectio unc. VIII.
Cataplaſma emolliens lateri applicatum.
Potus emolliens, nitroſus, tepidus.

2. *Febr.*

Aliqua doloris punctorii mitigatio. Levior ad cardiam oppreſſionis ſenſus. Frequentior tuſſis. Vrinae biliofae: alvus 2 mota.

Pulſus celer, plenus, fortis, ſubdurus.

Cruſta in ſanguine e vena miſſo gelatinoſa.

Venae ſectio unc. VIII.
Potus antiphlogiſticus.

3. *Febr.*

Levior at aſſidua thoracis oppreſſio. Dolor punctorius perſtans. Tuſſis

ſis freqnens, ſputa flaveſcentia, quaedam puriformia, et leviter cruentata.

Vrinae intenſe flavae, alvus quater mota, copioſa.

Pulſus celer, plenus, fortis, ſubdurus.

Cruſta ſanguinis e vena miſſi rheumatica, flaveſcens.

Venae ſectio unc. VIII.
Emollientium continuatio.

6. *Febr.*

Dolor intra biduum ſenſim evanidus. Eadem tamen ſputorum conditio, et pulſuum vibratio.

5. Februarii ſera veſpera major incaleſcentia, et pectoris anxietas. Vnciae VIII. ſanguinis eductae.

Mane 6. Febr. magnum in refpiratione impedimentum, dextro thorace altius elevato, finiftro potius introducto. Sputa quaedam crocea. Os amarum, urinae biliofae.

Pulfus plenus, fortis, durus. Crufta in fanguine miffo pleuritica.

Venae fectio unc. VIII.
Potus emolliens.

7. *Febr.*

Noctu largus fudor. Aliqua refpirationis emendatio. Nullus fputis cruor commiftus.

Primae hac nocte jnmentofae urinae, mucofo brevi pofito fedimento.

Pulfuum naturalis celeritas. Crufta fanguinis phlogiftica.

8. *Febr.*

8. *Febr.*

Sequentibus diebus ſudores noctu largiores. Sputa purulenta, et minor in profundiori inſpiratione thoracis dextri elevatio.

10. Febr. manifeſtior ſera veſpera exacerbatio, et profuſior ſudor.

Continuatis emollientibus tepidis tenuis tantum febricula, et vagae horripilationes, ſputorum copia ſenſim minuta, et emendata. Aequalior in dies reſpiratio. Aeger 28. Febr. ſanatus diſceſſit.

II.

Sectio cadaveris peripneumonia defuncti.

Auriga 53 annorum 1. Martii, ingurgitata pridie, utpote ultima bacchanalium die, multa cerevisia, frigore corripitur, et calore subsequo. Sitis ab ea die continua nulla cerevisiae et vini ingurgitatione extinguenda. Rariores caeteroquin horripilationes, ut aeger servitio suo adhuc fungeretur. Die 24 Martii continua aegrum prehendit febris.

27. *Mart.* 4. *m. d.*

Caput temulentum: continuus amaror oris. Albida, subflavescens in medio lingua.

Assidua thoracis oppressio, ad profundiorem inspirationem interveniente tussi impedita. Sputa quaedam pauca sanguine striata.

Dolor

Dolor in regione hepatis ab attactu auctus.

Vrinae coloratiores, alvus soluta.

Pulsus celer, plenus, durus, vibrans.

Venae sectio unc. X.
Cataplasma emolliens.
Potus emoll. nitros. tepidus.

28. *Mart.*

Levior thoracis oppressio Hypocondrium dextrum vix non indolens. Rarior tussis. Sputa crassa, bile tincta.

Os amarum, lingua albida. Biliosum in urina sedimentum, alvus 5. mota.

Minor pulsuum durities. Sanguis e vena missus crusta gelatinosa, scissili, diffusa tectus.

Antiphlogistica continuantur.

29. *Mart.*

Validum hac nocte delirium. Os amarum, lingua albida. Sputa viridia, flavescentia, quaedam sanguine tincta. Nullus hypocondriorum dolor. Pulsus celerior, subdurus.

Antiphlogistica, emollientia subacida.

30. *Mart.*

Remissius noctu delirium. Inaequalis in profundiori inspiratione dextri thoracis elevatio. Sputa quaedam puriformia. Celer, duriusculus pulsus.

31. Martii. Nox absque delirio peracta. Tussis crebrior, sputa purulenta, quaedam cruenta. Hinc

Eadem continuata.

1 — 3. April.

Capitis temulentia, prompta tamen ad interrogata responsio. Oculi objecta oblique intuentes, conniventes, limosi, plorantes, tendinum subsultus. Pulsuum debilitas. Indolens et thorax, et hypocondrium.

Camph. gr. IV. in emulso.

4. *April.*

Leni hac cardiaco emollientibus juncto per tres dies continuato modica tantum lanquentium virium elatio.

At praegressa nocte frequentior tussis inspirationem profundiorem intercipiens. Sputa levissime sanguine striata, quaedam purulenta. Pulsus celerior, elatiorque.

Decoctum salap.

5. *April.*

5. *April.*

Thorax dexter fere immobilis. Continuus in latere dextro decubitus, immoto fere corpore, oculiſque clauſis. Sputa purulenta, flaveſcentia, quaedam cruenta. Pulſus incitatior, plenus, durus.

Emollientia tepida continuantur.

6 — 11. *April.*

Nulla ſequentibus diebus reſpirationis emendatio. Sputa in dies pauciora. 11. April reſpiratio ſtertoroſa, ſequente nocte aeger ſuffocatus periit, morbi die 18.

Sectio.

Pleura coſtis pluribus locis acreta.

Vterque pulmo dire inflammatus.

Inteſti-

Inteſtinum ileum in inferiori praecipue parte et inflammatum, et gangraenoſum. In craſſis quoque inteſtinis aliqua inflammationis veſtigia.

Epicriſis.

In hoc quoque aegro, quamvis dira fuerit pulmonum inflammatio, ſaburralia ſigna accedebant, ab adfecto in initio hepate, et leviori inteſtinorum inflammatione. Sed virium ſimul ruina ſuperveniens lene cardiacum indicabant, at poſt paucos dies inflammatorium vitium iterum urgebat, et aeger periit.

III.

Diverſa genii epidemici facies.

Rheumatico-inflammatoria febris, quae jam per tres fere annos dominabatur, inclinante menſe Martio mutatam hinc inde faciem exhibuit. Rheuma enim phlogiſticum et noviſſima hyeme aegros vix non omnes vexabat, et in viſcera pleraque decubuit, pleuritides, peripneumonias, hepatitides, vomitus continuos, inteſtinorum inflammationes, diarrheas profuſiſſimas, articulorum dolores mira varietate excitans. Tam diverſis primo intuitu morbis methodus unica profuit. Venae ſectiones largae, repetitae, potus emollientes tepidi, fotus partium vexatarum emolliens, et fatiſcente tandem febre ſambucina, veſicans, tartarus emeticus refracta doſi ad profligandas rheumatis reliquias.

Senſim vero alia ſymptomata accedebant a ſtimulo inflammatorio haud excitata, amaror oris aſſiduus, vomiturítiones, vomitus, ſputa bile tincta, urina alvuſque biliosa, ſanguis ipſe e vena miſſus virideſcens, flaveſcens ſerum exhibens, et cruſta phlogiſtica bile intenſe tincta, manifeſta denique febris remittens typus, et facilis in intermittentes tranſitus.

In hac genii epidemici mutatione duplex habetur febrium genus, unum antiquae conſtitutionis, alterum ingredientis novae per dies magis magiſque evolvendae. Hinc medicus quoque in medendo id moliri debet, ut emorientis equidem epidemici genii ratio habeatur, non neglecta tamen ſubnaſcentis conſideratione.

Id praecipue, cum phlogiſtica conſtitutio in bilioſam tranſit, medicum in medendo circa uſum venae ſectio-

nis maxime dirigit. Experientia enim conſtat: ingrediente bilioſa conſtitutione et ipſam phlogiſticam viſcerum affectio parca ſaepe venae ſectione profligari, quae aliis temporibus largas et repetitas petiiſſet: evacuantium vero remediorum uſum, dummodo indicantur, phlogoſi etiam nondum omni ábſterſa, aegris plurimum prodeſſe.

Obſer-

Obſervatio I.

Ancilla 23 annorum ab octo diebus febre continua laborat, cum cephalalgia, thoracis dextri oppreſſione, et artuum inferiorum daedolatione, 5 morbi die ab aſſumpta purgante medicina alvus 5 mota.

25. *April.* 9. *m. d.*

Caput vertiginoſum. Oris amaror. Lingua albeſcens.

Oppreſſio continua in medio thorace, inſpiratione et tuſſi aucta. Sputa mucoſa.

Hypocondrium dextrum dolens. Abdomen tumidulum.

Vrina cum ſedimento lateritio, alvus ſoluta.

Pulſus naturali celerior.

Mixtu-

Mixtura ex Aqua communi,
Cremor tart. et ſyr. ribeſ.
et
Decoctum hordei cum multo oxymelli ſimplici.

26. *April.*

Oppreſſio thoracis levior. Hypocondrium dextrum indolens.

Os amarum, lingua minus albeſcens.

Vrina naturali coloratior, alvus 5 mota.

Pulſus naturali celeritate, mollis.

Solventia continuantur.

27. April idem morbi ſtatus.

28. *April.*

Dolor punctorius in infimo thorace tuſſi et inſpiratione auctus. Sputa quaedam crocea. Lingua verſus apicem albeſcens. Os amarum. Abdomen molle, indolens. Alvus 2 mota, urinae bilioſae abſque ſedimento. Pulſus naturalis.

Decoctum Salap. tepide.

29. *April.*

Oppreſſio nulla, tuſſis rarior. Sputa nullo ſanguine tincta, inaequalis tamen et difficilis profunda inſpiratio.

Alvus 5 mota. Vrinae turbidae. Pulſus naturalis celeritas, aliqua tamen durities. Os amarum, et albeſcens lingua.

Emollientia continuantur.

30. *April.* — 8. *Maii.*

Sub uſu emollientium plena ſenſim thoraci libertas rediit, rudimenta peripneumoniae penitus profligata, ſapor quoque oris, et omnium ultimo lingua emendata. Aegra 8. Maii 20. m. d. e noſocomio diſceſſit.

Obſer-

Obſervatio II.

Operarius 63 annorum ante 5 dies febre continua corripitur, cum magna daedolatione, dolore in regione epigaſtrica, et vagis artuum doloribus.

8. *Maii. 6. m. d.*

Caput vertiginoſum, os amarum, lingua flaveſcens, arida, dolens.

Oppreſſio thoracis nulla. Tuſſis frequens. Sputa flaveſcentia, nunc pauca, in initio morbi multo ſanguine tincta.

Diffuſus per regionem epigaſtricam dolor, tuſſi, decubitu, attactu externo auctus.

Vrinae ictericorum, alvus in heſternam uſque diem obſtructa.

Pulſus

Pulſus celer, plenus, fortis, durus, durior in carpo ſiniſtro.

Calor fere urens, intenſa faciei et oculorum flavedo.

Venae ſectio unc. VII.

Cataplaſma emolliens.

Potus emolliens, nitroſus, tepidus.

9. *Maii.*

Dolor multum imminutus: mollis dextri hypocondrii pars rudiorem attactum ferens.

In inſpiratione profundiori minor thoracis inferioris elevatio. Tuſſis frequens. Sputa virideſcentia, flava, pauca crocea. Lingua arida, fiſſa, ſcabra, dolens, circa margines glutine flaveſcente obducta.

Vrinae intenſe flavae cum mucoſo ſedimento. Alvus bis mota, biliosa.

Pulſus naturali modice celerior, fortis, durus, ſubinde intermittens.

Sanguis e vena miſſus multa bile tinctus.

Emollientia continuantur.

10. *Maii.*

Major inſpirationis libertas, frequens tuſſis, ſputa flaveſcentia, pauco ſanguine ſtriata. Lingua minus arida, molliorque.

Hypocondrium utrumque molle, indolens.

Vrinae ictericae, alvus copioſa, enemate ſollicitata.

Pulſus

Pulſus modice celerior, aequalis.

Emollientium continuatio.

11. *Maii.*

Incaleſcentia noctu et inquies. Liberior inſpiratio.

Tuſſis frequens, ſputa virideſcentia, flava, cruentata.

Hypocondrium dextrum urgente tuſſi dolens.

Alvus copioſa, urinae ictericorum.

Pulſus fere naturali celeritate, cum aliqua duritie. Dilutior faciei flavedo.

Decoctum rad. gram. et althe. cum cremore tartari.

12 — 15. *Maii.*

Continuatis ſolventibus antiphlogiſticis manifeſtum morbi decrementum.

At 15 tumor hypocondrii dextri, et recrudeſcens ad attactum dolor. Sputa multa bile tincta. Alvus ſoluta. Pulſus aliqua durities, naturalis tamen celeritas.

Venae ſectio unc. V.
Emollientia nitroſa.

16. *Maii.*

Dolor hypocondrii dextri plurimum imminutus, abdomen molle.

Thorax liber, tuſſis rarior, ſputa tenacia, bile tincta. Lingua purior, mollior, indolens.

Vrina fere ſanorum.

San-

Sanguis e vena miſſus pleuriticus, cum flavo vireſcente ſero.

Emollientia continuantur.

17. *Maii.*

Aucta thoracis et circa cardiam oppreſſio. Tuſſis viſceralis.

Vrinae copioſae, fere naturales: alvus copioſa enemate ſollicitata.

Venae ſectio unc. V.
Emollientium continuatio.

18. *Maii.*

Minor oppreſſio thoracis, aliquis tamen in infimo thorace et circa cardiam dolor inſpiratione profundiori auctus.

Sanguis e vena miſſus pleuriticorum cruſta tectus, cum flaveſcente ſero.

Eadem continuantur.

19—23. *Maii.*

Heri circa vesperam manifesta febrilis exacerbatio accessit, eademque sequentibus modo mitior, modo intensior rediit.

Finito tamen semper paroxismo thoracis libertas, inspiratio aequalis, tussis rarior, pectoralis. Sputa minus flavescentia, at mucosa, puriformia. Diluta faciei flavedo.

24. *Maii* — 1. *Iunii.*

Emollientia tepida continuata. Heri nulla febris exacerbatio. Omnia tandem sensim emendata, cum aliqua tamen alvi morositate, purulenta sputorum conditione, et exiguo superstite tussis a dolente plagula irritamento. Sanus tandem 24. Iun. discessit.

Epicrisis.

Quamvis valida fuerit jam in initio et pulmonum et hepatis inflammatio, biliosa tamen labes simul adfuit, ex sputorum, urinae, et sanguinis conditione facile dignoscenda. At haec inflammatoria viscerum affectio vel prima venae sectione plurimum mitigata est: aliter certe regnante adhuc antiqua constitutione contigisset, et probabilius tabifica a suppurato pulmone mors morbum terminasset: tantum interest, in quae tempora morbus inciderit. Exacerbatio vespertina, quae per aliquot dies observabatur, dubium movebat, an id suppuratis pulmonibus, aut bilioso vitio adscribendum esset. At ex thoracis libertate, quae finito semper paroxismo rediit, patebat, biliformem materiam harum exacerbationum causam fuisse.

IV.

IV.

Febrium in eodem aegro ſucceſſio.

Non infrequenter accidit, ut in eodem homine febre aliqua detento nova oriatur febris diverſam omnino a priori medelam ſibi vindicans. In febris inflammatoriae ſimplicis decurſu biliosum ſaepe vitium ita evolvitur, ut turgeſcens materia emeticis aut purgantibus, quae urgente phlogoſi exitio fuiſſent, evacuari debeat. Hinc medicum primae morbi notioni pertinaciter inhaerentem lentus ille in novam febrim tranſitus ſaepe fugit, et illa etiam luculentius jam evoluta de priori potius jam emortua febre ſolliciti ſumus. Morbum ergo preſſo pede ſequi oportet, ne quid inopinate nobis accidat, quo et aegrorum ſaluti et medicorum famae peſſime conſulitur.

Inter omnes febrium fucceffiones illa forte omnium rariffima eft, cum inflammatoria febris in pituitofam tranfit; quod etiam ex fymptomatibus et caufis utriusque febris longe a fe invicem diverfis difficilius exfpectari deberet. Vidimus tamen faepe ejufmodi fucceffiones, et hoc anno quoque bina habuimus hujus morbi exempla.

Obſervatio I.

Puella 16 annorum morbis infantilibus nondum defuncta, et ante 14 dies prima menſtruorum conamina experta, per 9 dies praegreſſa ingurgitatione paſcali, febre continua laborat, cum cephalalgia valida daedolatione, et lumborum atque praecordiorum dolore.

Primis morbi diebus purgans ſumpſit, unde alvus 4—5 per diem mota.

27. *April.* 11. *m. d.*

Cephalalgia. Lingua arida, fiſſa.

Oppreſſio thoracis per vices aucta, et dolor in medio ſterno. Tuſſis, etſi rarae, irritamentum in praecordiis. Sputa mucoſa.

Hypocondrium dextrum tenſum, durum, dolenſque.

In urina brevi jumentoſa bilioſum ſedimentum. Alvus 5 poſita.

Pulſus celer, ſubdurus.

Facies terrea, ambulatorius genarum rubor, inperſpirabilis cutis.

Decoctum hordei cum roob ribeſiorium, et ſyr. acetoſ. citri.
Cataplaſma emolliens.

28. *April.*

Nulla thoracis oppreſſio. Tuſſicula frequens, viſceralis. Lingua albida, mucoſa.

Hypocondrium dextrum molle, indolens.

Vrinae coloratiores abſque ſedimento. Diarrhaeica alvus octies mota.

Pulſus

Pulſus celerior, abſque duritie. Cutis ſtrigoſa.

Decoctum emolliens ſine nitro.

29. *April.*

Alvus 6 poſita. Lingua albeſcens, in medio arida. Tuſſis catarrhoſorum. Minor pulſuum celeritas.

Eadem continuantur.

Eodem fere ſequentibus diebus rerum facies placidis accedentibus nocturnis deliriis. At 2 Maii ſera veſpera plenus fortis, duruſque aſſurgebat. Vnciae VIII. ſanguinis eductae. Cruor compactus. Pulſus altera die ad juſtum moderamen redactus.

4. *Maii.*

4. Maii.

Plena animi praesentia. Tussicula frequens. Lingua albida, siccescens.

Vrinae naturales, parcae alvi dejectiones.

Pulsus modice celerior.

Cutis inperspirabilis, strigosa, et deciduae hinc inde squamulae.

Sambucina cum spiritu Mindereri.
Cataplasma abdomini applicandum.

5. Maii.

Major pulsuum debilitas, faciei pallor, alvus 5 mota, et ab aliquot diebus inscio in lectum dejecta, accedente miti delirio. Cutis sicca.

Cortex

Cortex peruvianus emollienti decocto junctus.

6. *Maii.*

Continuato corticis peruviani cum emollientibus connubio actionum vitalium vigor ſenſim rediit, alvo continuo fluente, tuſſicula frequenti, cuti ſicceſcente et deſquammata. Abſque ulla alia accedente evacuatione aegra tandem convaluit, et 27. Maii e noſocomio dimiſſa.

V.

Mors improvisa a vero cordis polypo.

Sartor 37 annorum ante quatuor septimanas ex pleuritide decumbens generosa antiphlogistica methodo sanatus e nosocomio magno discessit. Duabus septimanis incolumis vixit. Die Dominica paschatis 16. April. vino largius ingurgitato sera vespera horripilatio, sequentibus etiam diebus incerta lege recurrens. Continua haec febris die 24. Aprilis adeo increvit accedente valida daedolatione, tensione dolente per thoracem ad abdomen usque diffusa, et diarrhaeica alvo, ut vi morbi aeger decumbere cogeretur.

24. *April.* 9. *m. d.*

Cephalalgia, aurium tinnitus. Lingua albida, mucosa, subflavescens.

Tensio-

Tenſionis in thorace ad abdomen uſque protractae ſenſus.

Alvus noctu bis mota. Vrina multa bile tincta.

Pulſus acceleratus, fortis, ſubdurus idque eminentius in carpo dextro.

Subflaveſcens faciei color.

In ſanguine e vena heri miſſo cruſta pleuritica.

Mixtura ſalina.

25. *April.*

Praecedente die ſera veſpera bilioſa vomuit.

Mane aſſiduus aurium tinnitus. Lingua albida flaveſcens, intenſus amaror oris.

Oppreſ-

Oppreſſio thoracis per vices, alias plena reſpirationis libertas.

Alvus quinquies mota. Vrinae bilioſae, ſedimentum mucoſum.

Minor pulſuum celeritas, major mollities.

Ipecacuanhae gr. XXIV.

Elapſa dimidia ab emetico aſſumpto hora aeger ad ſellam perforatam propriis viribus ivit, rediitque in lectum. Mox violenta artuum omnium tenſio, et aeger animam dedit.

Sectio Cadaveris.

Aperto thorace uterque pulmo cum pleura concretus. In ſuperiori dextri pulmonis parte cicatrix praegreſſante peripneumonia relicta.

In

In cordis ſiniſtro ventriculo polypoſa ſubſtantia ex imo ventriculi ad ad aortae uſque initia aſcendens.

In auricula ſiniſtra eadem polypoſa, at majoris voluminis ſubſtantia in ipſum ventriculum propendens. Vterque polypus propria fere tendinea vagina continebatur, ipſis cordis parietibus miris modis intime nexa.

Epicriſis.

Febris ab initio inflammatoria admixta bilioſa labe.

Et praegreſſa pleuritis, et praeſentia morbi ſymptomata, et ſanguinis e vena miſſi conditio, ortumque inde levamen inflammatoriam febris indolem comprobant.

At conſpicuus epidemiae rheumatico-inflammatoriae in bilioſam epidemiam tranſitus, oris amaror aſſiduus,

duus, vomitus, vomituritio, discussa phlogosi biliformem materiam paratam esse, exitumque moliri aeque certum erat. Exhibitum ergo est emeticum. At priusquam vomitum ciebat, mortuus repente est aeger.

Erronea certe medicorum elapsi saeculi sententia fuit, qui sanguinem grumosum a morte in ventriculis cordis repertum et polypum et mortis caussam esse dixerunt. Concrescentis enim sanguinis emoriente sensim circuitu effectus non causa mortis sunt.

Aliam polypi imaginem lympha dat coagulabilis in morbis, pectoris praecipue, paucis ante mortem horis transsudans, quam saepius in cadaveribus vidimus. Neque illa polypi species genuina est, et ad effectus praesentis morbi pertinet.

Veras

Vera polypoſa ſubſtantia, neque grumoſam, neque lymphaticam, ſed privam faciem exhibet, atque ita intime cordis ſubſtantiae copioſis ramis inhaeret, ut facile agnoſcas novum id eſſe corpus non paucis ante mortem diebus horiſve conflatum, ſed ab antiquis vitiis progenitum. Accedit, quod ex hiſtoria anteactae aegrorum vitae, ſymptomata innoteſcant, quae mali hujus ſuſpicionem praebuere. Neque dubito, in hoc quoque aegro talia ſymptomata ſaepius fuiſſe obſervata, quod tamen, cum aeger ſine ullo conſanguineo aut vitae ſocio obſcurus obierit, reſcire haud licuit.

VI.

Status nervosus in febribus acutis.

Multum interest, quomodo quis praedispositus ad morbum accesserit. Varia inde ejusdem morbi in variis hominibus facies, imo in eodem homine, si diversis temporibus in eundem morbum inciderit. Ad nervos haec observatio potissimum pertinet. Ea enim subinde est peculiaris nervorum debilitas ut vel levissimo stimulo ex corpore eliminando impar, inani conatu in vehementissimos motus concitetur. Status hic congruo sane vocabulo *aucta nervorum irritabilitas* vocari poterit. Praesente hoc stadio varia erit ab eodem stimulo, corporis affectio. Cur infantes, pueri, foeminae in convulsionum genus omne ita proclives? Intermittens febris, levior etiam, quae in firmiori corporum compage transitorio horrore

rore ſolet incipere, in pueris ſaepe convulſionibus tragoediam ludit.

Pone puerperam in bilioſam febrim incidere, mox inde deliria, convulſiones, et multiplex nervorum luſus, cum tamen eadem foemina, extra puerperii tempora, non ita impatienter hunc morbum tuliſſet. Eodem modo, ſi quis praegreſſis iiſque largis haemorrhagiis, aut alia praegreſſa valida humorum jactura ab epidemica febre corripiatur, aucta certe nervo-irritabilitas terrificam ſymptomatum ſeriem excitabit.

Haec itaque diverſa ab eodem febrili ſtimulo excitata ſymptomata febri et inflammatoriae, et bilioſae, et pituitoſae, verbo, omni febri principi jungi poſſunt, ut ergo *ſtatus nervoſus* non inter propria cujuſdam febris principis, ſed inter communia omnibus febribus ſymptomata reponendus

nendus ſit. Statu ergo hoc irritabilitatis nervorum auctae morbo febrili juncto, id facere debet medicus, ut morbo praeſenti ex notione febris principis, ſub qua juxta reductionis legem continetur, medelam faciat, atque ſymptomata interim nervoſa, ne ultra modum exorbitent, attentus ſit. Sequens obſervatio exemplum exhibet ſynochi imputris ſimpliciſſima antiphlogiſtica methodo curatae, quamvis ferociſſimum delirium, ſumma inquies, et convulſiones validiſſimae febris *nervoſae acutae* ſuſpicionem potuiſſent incutere.

Obſervatio.

Studioſus medicinae 26 annorum nervorum irritabilitatem ſi excipias, ſaniſſimus 21. Aprilis febricula tenui corripitur vagis artuum rheumaticis doloribus ſtipata. Verſus veſperam acceſſit delirium, ejulatio, ſpaſmi, convulſiones.

vulſiones. Mixtura primum ſalina; deinde ob continuum oris amarorem emeticum praeſcribebatur. Nullo inde apparente morbi levamine vena ſecabatur. Morbo parum fracto in ſcholam clinicam delatus eſt.

5. *April.* 4. *m. d.*

Noctu ferociſſimum delirium.

Capitis ſtupor. Oris ſiccitas, lingua albida.

Oppreſſio thoracis, ſi aegro crediddiſſes; aſſidua, alte tamen inſpirando thorax attollebatur.

Abdomen indolens. Vrina coloratior, alvus bis mota.

Pulſus naturali modice celerior, debite fortis.

Decoctum altheae cum nitro.

6. *April.*

Noctu ferox iterum delirium rediit, clamores validi, jactitatio summa.

Magna animi dejectio. Lingua albida.

Respiratio libera, aequalis.

Major paulo abdominis turgescentia.

Vrinae biliosae, alvus ter mota.

Naturalis fere pulsus celeritas, nulla vibratio.

Camphorae gr. IV. in mixtura.

7. *April.*

Heri a meridie horrenda iterum et plurima ejulatio. Nox paulo quietior.

Mane

Mane capitis ſtupor. Lingua albida.

Oppreſſio thoracis nulla.

Abdomen magis tumidulum.

Pulſus fere naturalis.
Eccoproticum ex manna et cremore tartari.

8. *April.*

Ferox iterum noctu delirium cum intenſis clamoribus.

Lingua albida, abdomen, alvo ſemel enemate ſolicitata, minus tumidum.

Vrinae cum ſedimento lateritio.

Pulſus, quamvis naturali celeritate, fortis tamen, et ſubdurus.
Venae ſectio unc. VIII.
Emulſum cum nitro.

9. *April.*

Noctu iterum clamores.

Lingua albida flavescens.

Major pulsuum durities et vibratio.

Vrina cum sedimento lateritio.

Sanguis e vena missus initiantem crustam exhibuit.

Venae sectio unc. VIII.
Potus antiphlogisticus.

10. *April.*

Prima noctu quies. Naturalis plane pulsuum affectio.

Sanguis e vena missus crusta pleuritica tectus.

11—19.

11 — 19. *April.*

Continuatis antiphlogiſticis emollientibus omnia ita ſunt emendata, ut binis tantum vicibus, et mitius delirium acceſſerit, ut aeger perfecte ſanatus die 20. Aprilis e noſocomio diſceſſerit.

VII.

Non nulla de verme Taenia.

Quamvis multa ſint noſtro aevo ad expellendam ex hominum inteſtinis vermem taeniam ventilata et caro etiam pretio redempta remedia; ea tamen eſt horum omnium indoles, ut ſaepe medicorum et aegrorum ſpem fefellerint. Eminet inter haec remedia et fama, et fauſto ut plurimum eventu *Noufferiana* taeniam pellendi methodus. At tamen ét haec methodus fruſtra ſaepe adhibetur, ut neſcias an remedii inefficaciam, aut methodum illud adhibendi accuſes. Non ergo ſuperfluum eſſe puto methodum in ſchola clinica et prioribus annis, et hoc etiam anno felici ſemper rerum eventu adhibitam fuſius exponere, ut alii etiam medici, quibus occaſio taenias expellere contigerit, obſervationibus repetitis methodi noſtrae efficaciam comprobent.

1. Primis tribus diebus, praescripta tenuissima diaeta, ter de die uncia dimidia olei ricini americani jusculo diluti assumenda est.

2. Quarta die omni hora drachma una aut omni bihorio drachmae duae pulveris radicis felicis maris assumitur, ultima dosi assumpta haustus purgans ex solutione salis amari exhibetur.

3. Expulsa hoc modo taenia Vsus Elixirii Stomachici praescribitur, per aliquot dies continuandus. Vniversim virium coctricium ratio habenda est.

Hac methodo plurimae taeniae fuerunt expulsae, paucas tantummodo addam observationes, quas hoc anno colligere datum est.

Obſervatio I.

Coqua 23 annorum per 4 fere annos Taenia vexabatur. Variis utebatur remediis. Aliquoties fruſta 3 — 4 ulnarum dejecta, ultimo ante dimidium annum fruſtum 3 et 1/2 ulnarum.

Prima die, quo oleum ricini exhibebatur, cum aegrius ferret nauſeoſum hoc medicamentum, ſexies vomuit. Secunda die ter tantum vomuit. Tertia die nullus vomitus, at frequens vomituritio, et nauſea, et alvus decies mota. Quarta die omni bihorio pulveris radicis filicis maris drachmam unam aſſumpſit. Aſſumpta octava doſi taenia dejecta eſt 2 et 1/2 ulnarum, in tenuiſſimum apicem deſinens. Quarta die Elixir ſtomachicum temperatum praeſcribebatur, octava die e noſocomio diſceſſit uſum ſtomachicorum continuare juſſa.

Obſer-

Observatio II.

Coqua 20 annorum a tenera aetate vermibus e lumbricorum genere vixit obnoxia. Ante annum circiter prima vice taenia 3/2 ulnarum sponte cum alvo secessit. Ante dimidium annum a lacte, quo allium decoctum fuerat, frustum 1/2 ulnae longum eiiciebatur. Ante 14 dies in nosocomio magno febri pituitosa laborabat. Curata febre perstante cardialgia anthelmintica praescribebantur. Alvus non asservabatur. Die 2. April in scholam clinicam recepta. Facilius tulit oleum ricini, secunda ab ejus usu die fragmentum vermis alvo frequentius mota una movebatur. Quarta die omni bihorio drachmas duas radicis filicis maris, assumpsit, quarta dosi assumpta taenia aliquot ulnarum pellebatur, in partem valde tenuem desinens, apice forsan jam prius ejecta, vel in copio-

ſa et pituitoſa forſan alvi materie deliteſcens. Vt omne tolleretur dubium binas adhuc aſſumpſit doſes, et ſolutionem inſuper ſalis amari; nulla amplius taeniae fruſtula alvo dejiciebantur. Cura dein confirmatoria ſtomachicis inchoata.

Haec methodus, quae certe eſt ſimpliciſſima, dummodo exacte aegri illam ſint ſecuti, nunquam nos fefellit. Ratio autem omnis in cura taeniae ad duo potiſſimum redit, ut vermis una cum ſeminio verminoſo expellatur, deinde ut vires coctrices, quibus lanquentibus vermium morboſa evolutio adjuvatur, roborante methodo contra novam taeniam muniantur.

Primum obtinetur ingeſtis oleoſis, quibus oſcula taeniae, ſi ſemel ſint ab oleo ſucto repleta, parietibus inteſtinorum minus firmiter adhaerere

rere poſſunt, et validiori accedente ſtimulo motum periſtalticum inteſtinorum augente facile expellantur. Forſan etiam in nauſeoſo ricini americani oleo aliquid latet, quod huic vermium generi peculiariter eſt inimicum. Pulvis radicis filicis maris, ut validius purgans, ſuperaddito etiam purgante ſalino hauſtu per glomeres ſaepe, rarius fruſtuatim taenia ejicitur. Tenuiſſima hoc tempore ſit diaeta, et juſcula tantum, eaque pinquiora concedantur.

Expulſa Taenia, confortativa methodus per longiora etiam tempora continuanda eſt, ut omnis ea diſpoſitio, quam verminoſam dixeris, penitus deleatur.

OBSERVATIONES

MEDICAE

VARII ARGVMENTI.

EDIDIT

IOSEPHVS EYEREL.

SYLLOGE IV.

VIENNAE ET LIPSIAE,

APVD GEORG PHILIPP WVCHERER.

MDCCLXXXVI.

I.

Quaedam in variolarum insitionem animadversiones.

Et naturales quoque variolae insitae sunt.

Multorum adhuc animis alte inhaeret de variolarum naturalium et insitarum discrimine opinio, ut existiment, morbum utrumque externa equidem specie simillimum, natura autem et indole sua dissimillimum esse. Ex quo errore pia quorundam deliria, religioni sibi ducentium in hominum corporibus morbum excitare, quod maxima esset ulciscentis, fulminan-

tisque Numinis praerogativa. Doleo nostro etiam philosophico, si superis placet, saeculo et medicos et philosophos, cum hac imperita turba una vociferasse. Alii, qui prae illis sapere sibi magis videbantur, modestius de ea re sentiebant, id tantum metuentes, ne variolarum excitandarum negotium intempestive a medicis peragatur, quod consultius *Naturae* fuisset relinquendum. Eminet inter hos celeberrimus nostra aetate philosophus, quem inita quasi conspiratione et sacerdotes, et philosophi, et omnium saevissime ipsissimae suae depravatae imaginationis ludibria persequebantur, *Iacobus Rousseau* hominum persaepe turbans capita circulosque. At verbo *Natura* ludere, quod et antiquitus fecere, et nunc etiam faciunt Philosophi, ingenuo Medico indignum est.

Non

Non magna certe aut fenfuum aut iudicii acies requiritur, ut omnino convincamur inter naturales et infitivas variolas difcrimen nullum intercedere, nifi quis ita argumenti claritate percellatur, ut fylvam prae arboribus praetervideat. Inquiramus in modum, quo naturales variolae, et quonam artificiales oriantur. Eo enim commento, Naturam corporis humani humoribus incubando, poft annos tandem miafma variolofum excludere, atque foris amandare, aetas noftra nunc non laborat.

Cum ergo a natura variola produeuntur, id contingere folet, ut materia variolofa ex variolantium corporibus tenuiffima exhalans, in vario vehiculo, a variis corporis partibus excipiatur, et a venulis bibulis reforbenda fangninique commifcenda, ex quo tandem a natura, omnis extranei ftimuli inimica, extricatur, atque expelli-

pellitur. Atqui haec miasmatis ex alio corpore in aliud traductio, atque eiusdem morbi ab eodem contagio excitatio, quid, per deum, aliud est, quam *insitio?* Si ergo *Natura* idem facit ac *Ars*, quodnam nunc est illud ingens discrimen? Reapse nullum est.

Viae tantum, per quas venenum intrat, variae dantur. In suburbio Vindobonensi Maria Hilf Epidemia quondam regnante plures cuiusdam pistoris infantes variolis confertissimis decumbebant in eodem cubiculo, ubi panes, antequam venderentur, asservabantur. Per totam eam regionem variolae mox grassabantur, eas praecipue in domus dissipata, in quas panes ab hoc pistore divendebantur. Alia via linteamina sunt, quae apud lotrices ex variolantium linteaminibus miasma inbibebant, et sanis dein corporibus communicabant. Sufficiat haec

haec communiſſima exempla adduxiſſe, ut reſpondeant oſores inoculationis, cur mater *Natura* (varias enim fingunt *Naturae* formas) ac fortuito potius, quam per medicos ex inſtituto variolas velit communicare?

Tantum igitur intereſt inter Naturae et Artis inſitionem, quantum inter varias methodos inoculandi a variis medicis adhiberi ſolitas.

Commoda inſitionis.

Niſi utile eſt, quod facimus, ſtulta eſt gloria. Nolo eam utilitatem inoculationis ab eius primordiis repetere, ſed ex ipſa inſitionis natura demonſtrare. At illa inſitionis utilitas ita ſimplex eſt, ut haec ipſa ſimplicitas maxima ſit aſſerti huius commendatio.

Selectus conſtitutionis epidemicae, ſelectus anni temporis, ſelectus vale-

valetudinis, en tres illas conditiones, a quibus, cum in medici ſint poteſtate, omnis pendet variolarum inferendarum utilitas.

Magni Sydenhami effatum, morbum regnantem epidemicum omnes alias intercurrentes febres in ſuam poteſtatem redigere, et cognitionem, et curam variolarum facillimam reddidit, ut vel ex eo capite gratam vir divinus poſteritatem debuiſſet ſpectare. Noſtra certa aetas, qua certe erga inventa meritaque magnorum virorum vix ulla fuit ingratior, in omni alia re potius, quam in erutis a Sydenhamo Epidemicorum morborum legibus Virum hunc excellere exiſtimant, forſan ideo, quod eius opera, cum *latina* ſint, non legantur.

Regnante itaque epidemia mali moris, e. g. graſſantibus paſſim febribus putridis medicus variolas non inferat,

ferat, pessimum enim et variolosae, et putridae febris connubium variolas pessimi moris progigneret. Eo magis abstinendum est, si variolosa iam inciderit epidemia, et eam gravia ac perniciosa symptomata comitentur. Id ergo periculum medicus a suis variolosis insitis potuit avertere. Accedit, quod magna sit probabilitas, corpus humanum, variolis per populum non grassantibus, ita esse dispositum, ut miasmati varioloso potentius resistat; et hinc a viro varioloso etiam arte insito minus turbetur.

Anni etiam tempus insitionis negotium aut facile iucundumve, aut periculosum etiam atque inamoenum efficit. Aeris inclementia, pluviae nivesque, aut sine ullis solibus triste caelum, denegatus liberior aeris accessus tantopere inoculationi salutaris, et ob instituenda animi oblectamenta inoculatis pueris aeque profi-

cua,

cua, hyemale tempus insitioni parum optum reddit. Omnium minime autumnus morborum popularium feracissimus huic negotio favet, nisi simul variolas, et regnantes morbos velis inserere. Aestuosa quoque aestatis tempora, cum aegri non possint continuo umbras inter et frigora contineri variolarum insitionem minus commodam reddunt. Omnium ergò exoptatissimum est ver adultum. Benignior enim solet esse epidemiarum vernalium indoles. Praeterea liberior et grata aura febriles motus compescit, horti, in qua inoculati per diem una degunt, amoenitas, amicorum et affinium confabulatio musicam inter lusufque varios id certe efficiunt, ut omnis insitio variolarum ab initio ad finem usque rusticationi sit simillima. Magna denique vernalis temporis praerogativa in eo est, quod variolosi miasmatis reliquiae, quae post insitas pariter, ac naturales subinde supersunt,

ſuperſunt, ſubſequentibus aeſtivis caloribus ſudores inter facillime diſflantur; quod minus commode inſitione aeſtate aut hyeme peracta poterit obtineri, ob imminutam corporis a frigidiori atmoſphaera tranſpiratione.

Valetudinis denique corporis, cui variolas medicus velit inſerere, ratio habenda eſt. Male inſtituitur febre quacunque corpus infeſtante, primis apparentibus menſtruis, in foemina gravida, in puerpera; in morbo etiam quocunque, a ſuperveniente febri exacerbando, ut in haemoptoe, in pthyſi. Minus metuendum eſt praeſente vitio rachitico, vitio ſcrophuloſo, debilitate infantum chronica, et ab ipſa dentione levioribus ſymptomatibus ſtipata; adeo enim inſitio iis non nocet, ut potius ob iuſtum forte vitae inſtitutum regimen, mire proſit. Habuimus et priori anno, et hoc etiam,

etiam, cum insitio fieret, infantum rachiticorum, et dentitione laborantium exempla, quibus insitio ex voto cessit.

Nulla praeparatio, optima est praeparatio.

Plurimi medicorum, qui variolarum insitione inclaruerunt, corpora licet sanissima praeparatione varia ad insitionem aptiora reddere studebant. Aliqui largis venae sectionibus excitandam a miasmate varioloso phlogosin avertere cogitabant, sed aegros et vires perdidere. Alii purgantibus ante insitionem saepius repetitis virium ruinam induxere. Neque in mercurio aut antimonio aliquid latet, quod venenum variolosum destrueret. Multi diaetam lacteam commendant, quae tamen aeque parum illorum votis respondet. Neque praecedens longa a carnibus abstinentia, et victus

tus mere vegetabilis proderit, debilitatem enim corporibus inducit. Nil ergo mutandum eſt in homine ſano, cum omnis intempeſtiva medicina vires labefactet.

Modus inoculandi.

Ea methodus, quae punctura non cruenta in utroque humero ad radicem muſculi deltoidei apice lanceolae virus ſublatam inter epidermidem et cutim miaſma varioloſum immittit, et ob incruentum vulnuſculum, et ob locum, in quo peragitur operatio, omnibus aliis praeferri meretur. Nam ſtillans ex profundiori vulnuſculo ſanguis, ne omne miaſma varioloſum abluat, et inſitionem irritam reddat, metum iniicit. Exemplis id Viennae comprobatum eſt, cum infantes, punctura cruenta varioloſum miaſma nullatenus, ſequenti nihilominus anno incruenta ſuſceperant. Pejor adhuc erat

erat antiquior methodus vulneribus latis virus variolosum immitens, mala enim inde persaepe ulcera, nulla arte sananda ortum duxere. Locus etiam, in quo operatio instituitur id commodi habet, ut pars pruritui minus sit exposita, et pustulae genitricis mutationes accuratius possint observari. Taceo alias methodos, cum naribus venenum attrahitur, aut crusta pustulae in pulverem redacta vario modo condita ore deglutitur. Nam prava inde symptomata, cum pustula genitrix in pulmonibus aut in ventriculo nascatur. Et hic Viennae ab ingesto in ventriculum veneno lethalis vomitus observatus est.

Diversa stadia variolarum insitarum.

I. *Stadium susceptionis.* Est haec non ultima insitionis praerogativa, ut veneni variolosi in corpus humanum effectum mox ab exordio obser-

vare

vare liceat. Id omne ſtadium partialis tantummodo corporis affectio eſt, quae per varios gradus fatiſcens morbum tandem univerſalem accendit. Iuvabit eas mutationes ordine perſequi, cum ex regulari huius ſtadii decurſu pateat, quae ab univerſali ſubſequente morbo ſperare aut metuere debeamus.

1. In primis 24 horis vix aliqua mutatio eſt conſpicua.

2. Die ſecunda tertiave in loco inſitionis macula dilutiſſima rubra apparet, et durities lenticularis tactu dignoſcenda.

3. Maior durities, rubedo intenſior, et pruritus. Ea durities abeſt, ſi aeger variolas iam olim paſſus eſt. Tunc enim ſolum rubra plaga veluti a morſu pulicis; tertia et quarta die ulcuſculum ſuppurat; et ſexta die

vix

vix aliquid in loco vulnerato conſpicuum eſt. Hac itaque duritie apparente de ſuſcepto veneno varioloſo certi eſſe poſſumus.

4. Vergente quarta die inſolita aut moroſitas aut hilaritas in infantibus obſervatur. Pulſuum levior inconſtantia, glandularum ſubaxillarum dolores tractivi, ſomnus turbatus, propenſio in ſudores abſque manifeſtiori febre.

5. Die quinto plaga amplior, et microſcopio, aut ſubinde etiam nudo oculo plura punctula, totidem parvae veſiculae deteguntur. Complexus harum veſicularum *Puſtula genitrix* vocatur.

6. Die ſexto puſtula haec genitrix inſigniter elevata et acuminata, limbo rubro ardente, pruriente circumſcripta,

ſcripta, veſiculam pure craſſiori plenam exhibet.

7. Die ſeptimo maior puſtulae elevatio, pus ſpiſſius, et maior limbi tenſio. Ea die et initio octavi puſtula genitrix maturatur, et topicus morbus finitus eſt.

II. *Stadium ebullitionis. Febris variolosa primaria.*

Vergente ſeptima die, puſtula genitrice ad maturationem perducta, univerſalis incipit morbus, febris nempe varioloſa. Febris haec *indeterminata* eſt, ad nullam febrim principem reducenda. Typus remittentium eſt, accedente ad veſperam nunc graviori, nunc mitiori exacerbatione, variis ſtipata adfectionibus ſyſtematis nervoſi et gaſtrici. Moroſitas inconſueta, inquies nocturna, pavores, capitis et lumborum dolor, nauſea, vomituritio, cardialgia, daedolatio

praecipua huius ſtadii ſymptomata ſunt, et multum mitiora; quam in naturalibus variolis eſſe ſolent.

III. *Stadium eruptionis*. Die nona finita, et decima initiante variolae tandem erumpunt; primo punctula rubella morſus pulicum aemulantia apparent, mox in puſtulas aſſurgunt, duriuſculas, diſcretas, cum puncto albicante ſphaeroideo lympha varioloſa repleto. Eruptione facta, ſymptomata febrilia, utpote abſoluta criſi, ceſſant. At ipſius variolarum eruptionis non unus eſt modus. Subinde enim univerſalis eſt, ubi ſimul et ſemel contingit, ſubinde partitis vicibus, ut poſt duos tresve dies nova variolarum ſeries prorumpat. Si primum, quod communiſſime fieri ſolet, febris mox omnis ceſſat; non item, ſi partitae criſes contingant, tunc enim temporario levamini brevi nova febris ſuccedit, idque eo repetitur,

tur, donec omnis variolofa materia fit eliminata.

IV. *Stadium maturationis.* Circa 11 aut 12 diem puftulis fenfim increfcentibus, limbo magis rubefcente circumfcriptis, interftitiifque tenfis, inflammatis, lymphaque variolofa in pus fpiffum et flavefcens tranfmutata novi oriuntur febriles motus. Emphyfematofa partium inflammatio, falivae fputatio frequens, et diarrhaeica alvus in hoc ftadio frequentiora funt fymptomata.

V. *Stadium Exarefcentiae.* Duodecima circiter ab infitione die variola, poftquam per diem confiftere vifa eft, pus, difperfa fluidiori parte, fpiffefcit, puftula ipfa ficcefcit, et crufta obducitur flavefcente, decidua. Pruritus molefta potius, quam morbofa affectio in hoc ftadio aegros vexat.

VI. *Stadium desquamationis.* Exarescentia intra triduum fere peracta, rumpuntur tandem pustulae, et sub furfurum specie decidunt. Succedentes foveae sensim replentur, et stigmata diutius manentia, crassioribus sensim factis cicatricibus, tandem delentur.

Methodus tractandi variolas artificiales.

I. *Methodus praeparatoria.* Nullam praeparationem, si medicamenta spectes, optimam esse, supra monuimus. Diaetae etiam repentina mutatio sanitati inimica est. Totum, quod agere licet, illud est, ut inoculandi ante insitionem per aliquot dies et aeri liberiori, et novo hominum consortio sensim assuefiant. Medicus interim attentus, qua sanitate utantur, quid forte mutandum sit, recte intelliget. Saburra forte, in

primis viis praeſente, lene tamarindinatum convenit.

II. *Inoculatio ipſa* fiat in horto amoeno arboribus obſito, atque ruri, ſi id fieri poteſt, methodo nunc enarrata.

III. *Inoculatione peracta*, cura omnis in eo verſatur. Imo ut eo toto tempore alienos morbos prohibeas, quibus placidus variolarum decurſus abnormis et fatalis redderetur. IIdo Diaeta variolantium talis ſit, ut a victu conſueto non recedat, et ab ipſo victu carneo ea ratione ſenſim detrahatur, quo propius varioloſae febri accedunt. IIIto Toto morbi tempore aegri in aere frigidiuſculo ſunt retinendi. Neque id volumus, ut etiam in frigida et immiti aere ſub diu verſari cogantur. In teneris enim, et non aſſuetis infantibus, ne peripneumonicum inde vitium accedat, metuendum

tuendum eſt. IVto Moderata ſint corporis exercitia, grata varietate vagos febriculae motus compeſcentia. Vto A ſomno, quantum fieri poterit, arceantur, ſomni enim tempora convulſionibus amiciſſima. VIto Die tertia quartave ab inſitione lene exhibeatur eccoproticum, ſubinde etiam maturationis tempore lene purgans, e. g. hydromele infantum, aut aqua laxativa Viennenſis exhibeatur.

Praemiſſa nunc generaliori variolas inſitas tractandi methodo, adnotationes quoſdam peculiares ſubiungo, quae varioloſam potiſſimum febrim ſpectant. Die ab inſitione decima, adproximante iam eruptionis ſtadio, ſomnus et interdiu, et noctu, quantum fieri poteſt, ſit parciſſimus. Novimus enim, non niſi indormientes convulſionibus corripi. Hinc de die placido corporis exercitio, hominum conſortio, imo artis muſicae incantamentis

mentis ſopor diſcutiendus. Noctu, dum ſomnus tamen aliquis concedi debeat, ſtragula et pulvinaria ſaepius vertantur, ne nimis incaleſcant dormientes. Feneſtrae in contiguo conclavi, aut procelloſa tempeſtate januae ſerventur apertae. Sub ipſis autem eruptionis moliminibus, convulſionibus ſomno ſupervenientibus, infantes e lecto eximendi, ſpiritu cornu cervi aut frigida excitandi, et aeri frigido mox admovendi, quo incantamenti inſtar ad ſe redeunt.

Sub ipſa eruptione ſaepius praeſertim ſi ſit univerſalis, tota facies ita intenſe rubet, ut confluentium variolarum metus ſubſit. Sed vanus eſt timor. Poſt aliquot enim horas ſub continuato corporis in aura frigidiuſcula exercitio pars maxima varioloſi miaſmatis in auras difflatur.

Solemne

Solemne eſt eruptione variolarum facta febriles motus ceſſare. Febris igitur ſi non ceſſat, aut ideo fit, quod materia non omnis ſimul et ſemel ſit depoſita, ſed partitis vicibus erumpat, vel ſi id quoque non ſit, ea febris aut epidemica, aut ſporadica cauſa excitata. Magna prudentia et exercitatione multa opus eſt, ne id, quod temporarium eſt, et ejuſdem morbi continuatio, pro novo morbo habeatur. Evidens huius rei exemplum inoculatio priori anno in pago *Herrnals* peracta, praebuit. Infans lacte nutricis enutriendus facta inſitione ad eruptionis uſque ſtadium bene valuit. Eruptio etiam optime ceſſerat. At ſubito moroſitas, novum febris augmentum, inquies multa, convulſiones, artuum inferiorum ad ſuperiora retractio, et doloris etiam in abdomine acutus ſenſus ſola accuratiori contrectatione dignoſcendus. Tam praeceps rerum mutatio nullae epi-

demicae

demicae nunc ſupervenienti febri adſcribi poterat. At neque privatam aliquam cauſam reſcire ab adſtantibus licuit. Stante hac ignoti huius ſtimuli incertitudine, variolas nunc non amplius reſpiciendo, ſoli inteſtinorum inflammationi medebatur *Stollius*. Abdomen totum cataplaſmate emolliente continuo fovebatur, clyſmata emollientia omni bihorio injecta, mixtura mucilaginoſa, et potus inſuper emolliens, tepidus, frequenter, at parce exhibebantur, hirudines inſuper febre non imminuta applicatae. Nutrici quoque conveniens diaeta praeſcripta. Continuato ad amuſſim horum remediorum uſu omnia intra paucos dies emendabantur, rediit varioloſa febris, et reliqua quoque ſtadia ex ordine ad finem uſque percurrebant. Infante dein extra periculum poſito demum conſtitit, nutricem a cane domeſtico, ſe inſcia ipſius dorſo inſiliente, territam, ubera parvum

poſt temporis intervallum, puſioni praebuiſſe. Obſervationibus certe conſtat, lac nutricum a terrore ita immutari, ut non blandus amplius humor, ſed ſumme acris, et vix non venenoſus evadat. Non ergo mirum eſt, tot tantaſque turbas in teneris infantum inteſtinulis excitari.

(Reliqua in proxima Sylloge.)

II.

Febris biliofo-putrida, accedente pulmonum inflammatione.

Vidua 52 annorum, cum per biduum de vehementi fiti conqueſta eſſet, ante 13 dies continua febre corripitur, daedolatione, oris amarore et foetore, et foetidiſſima diarrhaeica alvo accedentibus.

23 *Maii*, 13 *m. d.*

Cephalalgia; aurium fuſurrus aſſiduus. Foetor amarorque oris. Lingua albeſcens.

Nulla thoracis oppreſſio.

Levior dextri atque a rudiori attactu dolens intumeſcentia.

Vrinae mucoſum ſedimentum. Alvus noctu 10 mota.

Pulſus

Pulſus acceleratus, debilis, inaequalis, remittens.

Color faciei circa labia praeprimis et labia terreus. Petechiae lenticulares hinc inde per corpus diſperſae.

Librae ij Decoct. corticis peruviani.

24. *Mai.*

Noctu calor et miliaria alba inter largos ſudores prodeuntia. Mane bis vomuit bilioſa. Vomituritio aſſidua. Lingua minus tenaci glutine obducta. In profundiori inſpiratione exiguus in thorace dolor.

Hypocondrium dextrum minus infarctum. Reliquum abdomen molle.

Alvus 7 mota, urinae bilioſae cum ſedimento mucoſo.

Pulſus

Pulſus celerior, paulo elatior.

Eadem continuantur.

25. *Mai.*

Aſſidua adhuc temulentia. Foetor oris. Bis vomuit. Copioſa miliaria petechiis intermixta. Vegetior pulſus.

Corticis peruviani decoctum.

26. *Mai.*

Semel vomuit. Os minus amareſcens, minuſque foetens.

Levior in medio thorace dolor.

Alvus 5 mota, urina ſine contentis.

Pulſuum maius robur. Pars maxima exanthematum diſparuit.

Eadem remedia.

27. *Mai.*

Semel vomuit. Sapor emendatus. Lingua albida.

Levior thoracis oppreſſio.

Alvus bis poſita. Vrina fere ſanorum; elatuſque pulſus.

Eadem continuantur.

28. *Mai.*

Vomitus. Oppreſſio thoracis paulo maior, et profundioris inſpirationis impedimentum.

Alvus 6 mota, urinae turbidae. Sudor noctu largus.

29. *Mai.*

Noctu manifeſta exacerbatio; ea finita levamen.

Lingua albida. Doloris punctorii in thorace ſenſus, inſpiratione profundiori et tuſſi auctus. Sputa mucoſa. Maior incaleſcentia, et aliqua pulſuum acceleratio.

Decoctum Salap. tepide.

30. *Mai.* — 2. *Iunii.*

Emollientium uſu reſpirationis libertas rediit, doloris et oppreſſionis ſenſu ſublato. Alvus ſemper ſoluta, ſubinde diarrhaeica, et naturalis pulſuum celeritas.

2. *Iunii.*

Copioſus noctu ſudor. Lingua alba, leviſſime flaveſcens.

Vix aliquod doloris in thorace veſtigium. Sputa puriformia. In profunda inſpiratione inaequalis thoracis elevatio.

Alvus

Alvus 7 mota. Inſignis pulſuum debilitas.

Cortic. peruv. et rad. ſalap. decoct.

3 — 4. *Iunii.*

Semel iterum amara vomuit. Oppreſſio et dolor thoracis recruduit. Acceleratus pulſus.

Idem fere ſequenti die morbi-ſtatus.

5. *Iunii.*

At quinta Iunii frequens tuſſis, et ſputa ſanguine tincta, et aliqua pulſuum durities.

Venae ſectio unc. V.
Emollientia.

6. *Iun.*

Noctu multa tuſſis. Profundior inſpiratio tuſſi impedita. Pulſuum natu-

naturalis celeritas, et maior iterum mollities. Sanguis e vena missus crusta phlogistica tectus.

Venae sectio unc. V.
Emolliens potus.

7 — 13. *Iunii.*

Sanguis e vena missus crustam initiantem exhibuit. Dolor thoracis mitior, tussis tamen frequens, et inaequalis inspiratio. Sputa puriformia.

Sequentibus diebus major inspirationis libertas, et rarior tussis. Emollientia continuata.

13. *Iunii.*

Inspiratio profunda dolens, et inaequalis. Tussis frequentior, irritamentum in supremo thorace. Pulsus duriusculus, vibrans.

Venae sectio unc. VI.
Decoct. Salap.

14 — 23. *Iunii.*

Sanguis crusta tectus. Continuatis emollientibus tepidis cortici peruviano iunctis thoraci sensim libertas, pulsui mollities rediit. Rarior continuo tussis, at eadem sputorum conditio.

23. *Iunii.*

Maior iterum thoracis oppressio, et inaequalis inspiratio. Sputa quaedam cruenta.

Decoctum salap. sine cortice peruviano.

24. *Iun.* — 5. *Iul.*

Intra biduum thoracis libertas restituta, sola superstite debilitate, quae cortice iterum peruviano emollientibus iuncto tandem profligata. Aegra sana discessit 5to Iulii, morbi die 56.

Epicrisis.

Epicrisis.

Quamvis in hac febre, quae in initio bilioſo-putrida fuerat, materia bilioſa turgeret, ingens tamen virium vitalium debilitas prohibebat, ne emetico ſaburra eiiceretur. Etiam pravi humores in tanta virium vacillatione haud impune moventur. Emeticum enim propinatum profuſam reddit alvum, et pravos ſuccos bonis una mixtos ducendo virium ruinam accelerat. Conſultius in hoc rerum ſtatu erigendis viribus inſiſtit medicus, exſpectans, quid natura ipſa moliatur. In hac aegra ſpontaneus vomitus abſque magno tumultu, cum vires interim inſurgerent, maximam partem turgeſcentis materiae eliminavit.

At ſublato bilioſo vitio, et viribus iamiam reſtitutis inflammatoria pulmonum affectio omnem medentis attentionem poſtulabat. Fuit haec

thoracis inflammatio eo peior, quod in aegram incideret longo iam eoque exhauriente morbo conflictantem. At parca, repetita venae sectio, pulmonum fotus assiduus emollienti tepidoque potu sanitatem tandem restituerunt.

III.

Haemorrhagia uteri a rheumate illic depoſito.

Ancilla 24 annorum, catameniis per duos menſes ſuppreſſis, eo toto tempore de cephalalgia conquerebatur. Vena tunc ſecabatur abſque levamine. Ante 3 dies a vehementiori ſaltatione circa veſperam febris, intenſus in abdomine dolor, et ſanguinis ex genitalibus ſtillicidium. Altera die, cum per ſuburbium excurreret, in via profuſiſſima uteri haemorrhagia corripitur. Continua febris, et dolens abdomen. Heri in noſocomium delata. Secta vena eſt unc. VII.

12. *Iun.* 3. *morbi dies.*

Noctu bilioſa vomuit. Largiſſima uteri haemorrhagia ſaevos inter abdominis dolores.

Aſſi-

Aſſiduus diffuſusque in regione epigaſtrica dolor, attactus externi impatientiſſimus.

Lingua albida. Pulſus vix celerior naturali, ad debilem accedens.

In ſanguine e vena heri miſſo inchoans cruſta.

Venae ſectio unc. VI.
Cataplaſma emolliens.
Decoctum Salap.

13. *Iun.*

Multa noctu ob ſaevitiem dolorum inquies. Haemorrhagia, quae per diem parcior evaſerat, noctu iterum profuſior. Bilioſa quoque ſemel vomuit.

Mane dolor abdominis paulo mitior. Pulſus debilis.

Vrinae

Vrinae biliofae. Alvus femel mota.

Sanguinis e vena miffi inchoans crufta.

Emollientia continuantur.

14. *Iun.*

Nox tranquilla. Conticuit enim dolor, et vix ullum fanguinis proflu-vium.

Mane dolor iterum recruduit, at magis per abdomen vagabatur, rudiorem etiam attactum ferens. Heri femel tantum vomuerat.

Pulfus paulo acceleratior, at magis evolutus, cum aliqua duritie.

Eadem continuantur.

15. *Iun.*

Dolor abdominis plurimum mitigatus, erranfque ad humeros ufque.

Par-

Parcum ſanguinis profluvium, palleſceenſque. Vomitus nullus.

Pulſus plenus, fortis.

Emollientia continuantur.

16. *Iun.*

Noctu ſaevus et diffuſus capitis dolor, mane remiſſior factus.

Fluxus loturae carnium ad inſtar.

Lingua adhuc albeſcens.

Pulſus plenus, fortis, ſubdurus.

17—28. *Iun.*

Continuatis emollientibus ſenſim pulſuum naturalis molities rediit. Palleſcens magis magisque fluxus applicato fomenti ſpecie aceto lythargirii aqua diluto tandem omnis ſubſtitit, et aegra 28 Iuni e noſocomio dimiſſa.

Epi-

Epicrisis.

Vix ullum fuit corporis humani viscus, quod non aliquando dominante hac febre stationaria ab inflammatorio rheumate esset vexatum. In hac aegra, de qua non dixerim, an non abortum passa sit, rheuma inflammatorium ad uterum potissimum incumbens genitale sanguinis profluvium produxerat. Diffundebatur enim dolor per totum fere abdomen, et ad dissita non nunquam corporis loca errabundus. Antiphlogistica emolliensque methodus fluxum hunc compescebant, quem certe roborando, adstringendoque adeo non sanasses, ut vehementius longe inflammatio utero et intestinis fuisset infixa.

IV.

Vomitus ab infarctu lento hepatis.

Caelebs foemina 34 annorum ante 6 ſeptimanas ex pleuritide decumbens ſanata 24 April. dolores abdominis erumpentium catameniorum in ſe prodromos ſentiebat. At altera die febre continua corripitur, accedente gravi cephalalgia et artuum daedolatione. Die tertia morbi petechiae morbilliformes apparuere. Quarta morbi die vena ſecta eſt, ſanguine phlogiſticam cruſtam exhibente. Modicum et inconſtans inde levamen.

3. *Maii*, 11. *m. d.*

Caput temulentum. Os amarum. Lingua arida, ſiccescens.

Nulla thoracis oppreſſio. Tuſſis rara.

Obtu-

Obtuſus in regione hepatis dolor, attactum ferens.

Alvus ſoluta. Vrinae coloratiores cum ſedimento imperfecte depoſito.

Pulſuum acceleratio, et debilitas.

Calor naturali paulo maior. Color faciei circa labia et nares vireſcens. Noctu petechiae apparuere nunc iterum evanidae. Cutis imperſpirabilis.

Radicis alth. unc. ß.
Cum cortic. peruv. ʒ VI.
decoct.

4. *Maii.*

Mitior in hepatis regione dolor. Tuſſis frequens. Oppreſſio thoracis nulla.

Alvus

Alvus ſemel mota, parca. Vrinae coloratiores absque ſedimento.

Pulſuum maior celeritas, mollities cum debilitate.

Color corporis dilutiſſime flaveſcens, genis rubentibus, atque levi circa labia et nares pallore. Daedolatio.

Eadem continuantur.

5. Maii.

Sapor oris amarus. Lingua arida, marginibus albicante muco obductis.

Pulſus paulo elatior.

Eadem remedia.

Idem fere ſequenti die morbi ſtatus.

7. Mai.

7. Mai.

Hora 8 matutina manifesta febris exacerbatio.

Copiosum in urina lateritium sedimentum.

Corticis peruv. unc. ij. decoct. cum oxymelle simplici.

8. Mai.

Largus noctu sudor. Sapor amarus. Thoracis et abdominis libertas. Vrinae absque sedimento.

Naturalis pulsuum celeritas, et debilitas.

Petechiae inconstanter apparent disparentque.

Rad. gram. taraxac. et corticis peruv. unc. I. decoct.

9. *Mai.*

Heri tota die nulla febris. At hodie iterum hora octava matutina febris acceſſio rediit. Mitior tamen paroxiſmus, ſolo fere calore abſolutus.

Pulſus fere naturalis, dilutior corporis flavedo.

Eadem continuantur.

10. *Mai.*

Pridie circa ſeptimana veſpertinum levis horripilatio. Mane os minus amareſcens.

Pulſus naturali celeritate, paulo debilior.

Idem decoctum, additis drachmis tribus arcani duplicati.

11. *Mai.*

11. *Mai.*

Sapor amarus. Lingua multum emendata, humidior.

Alvus enemate ſollicitata, copioſa. Vrinae cum ſedimento mucoſo.

Naturalis pulſum celeritas, atque maius robur. Color corporis et faciei minus flaveſcens.

Eadem remedia.

12 — 13. *Mai.*

Bis vomuit circa veſperam.

Altera quoque die aeruginoſa vomuit. Lingua flaveſcens. Amaror oris.

Vrinae coloratiores. Alvus ter mota. Pulſus ſanorum.

14 — 17. *Mai.*

Per ſubſequens triduum bis de die aeruginoſa vomuit. Levior interim abdominis intumeſcentia, urinae magis coloratae. Naturalis pulſuum conditio.

Tertia die decoctum ſolvens ſine cortice peruviano cum drachmis tribus ſalis mir. Glaub.

17 — 27. *Mai.*

Per tres iterum ſubſequentes dies ſemel tandem per diem vomuit. Abdomen detumuit. Alvus copioſa, pultacea, Vrinae minus coloratae. Et color faciei multum emendatus.

Eadem remedia continuabatur. 24 Mai. Extracti corticis peruviani drachm. una quotidie in aqua menthae ſolutum exhibebatur, urinis nunc

plane

plane naturalibus, et ſolutiori fluente alvo.

27. *Mai.* — 17. *Iun.*

Dolor iterum in regione hepatis per vices recrudeſcens. Levior cardialgia, et anxietas. Capitis ſtupor.

Mixtura ſalina ex cremore tartari drachm. tribus. Roob Ribeſ. unc. I. et dimidia. Aquae communis unc. V.

Continuato ſolventium uſu cardialgia et anxietatis ſenſus ſenſim evanuere, et aegra perfecte tandem ſanata 17. Iunii, die m. 56 dimiſſa.

Epicriſis.

Febris in initio inflammatorio-biliosa in putridam tendens, ut ex virium vitalium dejectione colligeba-

tur. Accedebat topica hepatis adfectio. Discussa phlogosi remittere incipiebat febris, quod biliosis febribus fere proprium est, ut postea tandem plene intermittant. At non ex voto res omnis cessit. Cessante enim iam febre frequens et pertinax accessit vomitus, cui male emetico facta esset medicina, cum non a turgente sursum bile oriebatur. Solventium tandem usu, virium simul vitalium habita ratione, et vomitus cessavit, et virium iactura recuperata est.

V.

Infausta Crisis per parotides.

Ancilla 28 annorum saniſſima semper per octo dies febre continua laborat cum susurru aurium, cophosi, daedolatione artuum. Alvus per 3 septimanas morosior.

20. *Iun.* 8. *m. d.*

Cephalalgia. Aurium tinnitus, cophosis.

Continuus amaror oris. Sitis valida. Lingua albida, siccescens.

Aſſidua thoracis oppreſſio, tuſſis rara, sputa mucosa.

Obtusior doloris in abdomine sensus.

Alvus enemate sollicitata copiosa, scybalosa. Vrinae intense flavae.

Pulſus acceleratus, fortis, durus, vibrans.

Calor fere urens. Rubentes oculi, et rubra quoque facies. Petechiae hinc inde lenticulares.

Venae ſectio unc. VIII.
Potus emolliens, tepidus.

21. *Iunii.*

Intenſus noctu calor. Capitis ſtupor, lingua albida flaveſcens.

Maior per vices thoracis oppreſſio. Rarior tuſſis. Sputa ſanguine tincta.

Abdomen non plane indolens.

Alvus ſemel mota. Vrinae bilioſae.

Pulſus acceleratus, fortis, ſubdurus.

Calor

Calor primo attactu urens, manu diutius admota, remiſſior.

In ſanguine e vena heri miſſo cruſta rheumatica, diffuſa.

Emollientia continuantur.

22. *Iunii.*

Nox phantaſmata inter validoſque aeſtus peracta. Cephalalgia. Lingua ſicceſcens.

Oppreſſio thoracis. Tuſſis rara, pectoralis. Sputa quaedam cruenta.

Hypocondrium utrumque dolens.

Alvus ab enemate non mota.

Pulſus celerior, at minus durus.

Oculorum et faciei robur.

Mixtura ſalina.

23. *Iunii.*

Heri a meridie abdominis dolor auctus, attactusque impatiens. Mixtura ſalina cum decocto ſalap. commutata.

Nox magis placida, non tamen phantaſmatum expers.

Mane capitis ſtupor, cophoſis, lingua albida ſicceſcens.

Oppreſſio thoracis, inaequalis inſpiratio inferiori thoracis parte impedita. Siniſtrum hypocondrium praecipue dolens.

Alvus nulla, urina cum ſedimento bilioſo.

Pulſus acceleratus, plenus, durus. Calor urens, facies rubicunda.

Venae ſectio unc. V.

Antiphlogiſtica emollientia.

24. *Iunii.*

Multa noctu inquies. Mentis vix non plena abſentia. Lingua ſicca, flaveſcente muco obducta.

Alvus nulla, urinae bilioſae.

Pulſus acceleratus, vibrans. Calor urens, minor faciei, et maior oculorum rubedo.

Sanguis heri e vena miſſus cruſta rheumatica tectus. Serum copioſum, virideſcens.

Decoct. Salap. cum ſucco citri.

25. *Iun.*

Heri circa veſperam intenſior ſiniſtri hypocondrii dolor, et inſignis pulſuum duries. Secta vena eſt ad uncias V. Nullum noctu levamen. Neque mens rediit.

Mane

Mane ſicca lingua, tenaci flaveſcente muco obducta.

Hypocondrii ſiniſtri minor durities atque dolor. Et dextrum quoque tumidum, dolensque.

Alvus nulla. Vrina cum ſedimento mucoſo.

Pulſus plenus, fortis, vibrans, durus.

Calor urens, Oculi minus rubentes.

Sanguis e vena miſſus cruſtam rheumaticam exhibuit.

Venae ſectio unc. V.
Decoctum ſalap. cum ſucco citri.

26 — 27. *Iun.*

Plena mentis abſentia, ſtatus quaſi ſemiapoplecticus. Reſpiratio anxia, et

et difficilis. Dolens utrumque hypocondrium, atque tensum, alvus pertinaciter clausa, et parcae urinae.

Propinabatur olei ricini uncia dimidia cum succo citri. Atque hirudines applicabantur, quo facto sinistra parotis tumere incepit, cum exiguo aegrae levamine.

A meridie alvus copiosa ponebatur.

Sera vespera maior iterum pulsuum durities. Scarificatione ad nucham instituta sanguinis unc. VI eductae. Magna proxima nocte inquies et iactitatio. Sopor assiduus. Alvus bis mota, copiosissima. Abdomen collapsum. Parotis summe intumuit, dura, tensa.

Pulsus non multum ab hesterna duritie recessit.

Emol-

Emollientia interna continuabantur, et externe parotidi dolenti applicata.

28. *Iun.*

Noctu clamores et iactitatio. Eadem nocte et in altero latere parotis intumuit, absque ullo levamine. Coma vigil. Abdomen tumidulum.

Alvus enemate sollicitata, copiosa.

Scarificatio ad nucham. Cataplasma emolliens utrique parotidi circumvolutum.

29. *Iun.*

Ad initium 29 Iunii, morbi die 17. aegra defuncta est.

Sectio Cadaveris.

Magna seri copia intra integumenta communia, et musculum crotaphitem. Intra

Intra meninges et ventriculos magna seri copia.

In utraque parotide inchoans ſuppuratio, ita ut hinc inde veſiculae pure plenae repertae ſint.

Pulmo uterque inflammatus, inflammatione tamen non diriſſima.

Magna hepatis moles. Gibba pars inflammata. Veſicula fellea multa bile vireſcente diſtenta.

In inteſtinis tenuibus plagae hinc inde ſubinflammatae.

Epicriſis.

Febri huic, quam ſynochum imputrem admixta aliqua bilioſa labe in initio recte dixeris, topica brevi et thoracis, et viſcerum abdominalium inflammatio acceſſit. Validus in initio

tio humorum ad encephalum raptus ex vultuosa facie et rubentibus oculis apparebat. Maiori mox impetu humores ad superiora ferebantur, visceribus abdominalibus spasmo affectis, ut parcae urinae fluerent, et pertinax esset alvi strictura. Non levem in hoc rerum statu operam tulit oleum ricini americani, alvum, quae eccoproticorum stimulum haud tulisset, blande aperiens. At inconstans levamen humorum vi ad parotides appulsa, et tristem morbi exitum accelerante. Raro enim contingit, ut ea crisis fausta sit, magno mox et constanti aegri levamine subsecuto. Frequentius imperfecta crisis per parotides, quae longo tantum tempore discutiuntur, aut suppuratione terminantur. At plerumque, praesertim si in utroque latere parotis oriatur, mors certa instat. Mole enim et magnitudine parotidis humores maiori vi ad encephalum ruunt, et premendo apoplexia aegros

aegros interimunt. Subinde aegri ſuffocati pereunt, compreſſis a parotidum volumine reſpirationis viis. Accedit, quod ab eadem cauſa reditus ſanguinis ex capite prohibeatur. Nonnunquam, magna humorum pravitate parotis ſubito gangraena corripitur. Non raro etiam is funeſtus exitus eſt, ut ſuppurata parotis ulcus fiſtuloſum immedicabile relinquat.

VI.

VI.

Commendatio Olei Ricini Americani in colica Pictonum.

Pertinax alvi obſtructio, et inteſtinorum a ſaturnino ſtimulo cruciatus dira ſunt huius colicae ſymptomata non niſi emollientiſſimis remediis tollenda. Eminent inter haec olea recenter expreſſa, quae lubricando ſpaſmodicas nervorum turbas ſedant. Oleum praecipue Ricini americani id habet proprium, ut ſimul et emolliat, et mitiſſimo ſuo purgante ſtimulo leniter alvum ducat. In tribus aegris, quorum hiſtoria ſubiungitur, remedii huius ſingularis efficacia comprobatur.

Prima morbi hiſtoria aegram exhibet enteriticis doloribus ſaepe, et pertinaciſſime vexatam. Fracta iam phlogoſi, dolor tamen aliqua adhuc pulſuum

pulſuum durities et alvi moroſitas perſtabant. Orta eſt tunc ſuſpicio, an ſaturninus ſtimulus ſubſit. Quod iam ab initio ex aegra quaeſitum erat, an ſaturnina tractaverit, idque ſemper tamen negaverat, nunc iterum querebatur. Tandem faſſa eſt, ſe per plures menſes in cubiculo, ubi pigmenta terebantur, et interdiu commoratam eſſe, et noctu etiam decubuiſſe. Scimus peius affici aegros, ſi plumbum parce, at repetitis vicibus, idque ſummopere in pulverem redactum humano corpori ingeratur. Adhibitum eſt nunc oleum Ricini, quod per plures dies continuatum naturalem alvo lubricitatem reſtituit.

Secunda et tertia obſervatio mitiores a plumbo colicae ſunt, quibus oleum Ricini Americani maximam citamque opem tulit.

Obſer-

Obſervatio I.

Ancilla 22 annorum menſe Auguſto elapſi anni 1784 enteritide laborabat, methodo generoſa antiphlogiſtica, utpote quaternis venae ſectionibus curata, at non perfecta ab hoc tempore ſanitas rediit. Ante quatuor ſeptimanas in eundem morbum incidit, per 14 dies decubuit. Sanata iterum, iterumque imperfecte convaluit- 24 April febre continua corripitur, cum ſaevis abdominis doloribus, alvo diarrhaeica, teneſmoidea, atque cruenta. Heri, cum in noſocomium eſſet delata venae ſectio unc. VIII. inſtituta.

26. *April.* 3. *m. d.*

Dolor per caput diffuſus. Sapor oris pituitoſus. Lingua ſicceſcens.

Levior thoracis oppreſſio.

Dolor

Dolor per totum abdomen diffusus, in latere dextro maxime per intervalla saeviens, attactus impatientissimus, in thoracem usque protensus, decubitu insuper in utroque latere auctus.

Alvus bis mota, tenesmoidea, saeva inter tormina, non cruenta, at carnis loturae similior. Vrinae vix coloratiores cum sedimento mucoso.

Pulsus celerior, at minor, quam praegressa nocte durities.

Color faciei leviter flavescens.

Sanguis heri e vena missus compactus.

Decoctum salap.
Cataplasma emolliens.
Enema emolliens.

27. *April.*

Heri a meridie intenſius doluit abdomen. Magna noctu inquies.

Mane eadem doloris per intervalla intenſio in abdomine, thorax tamen liberior.

Lingua circa margines humidior.

Alvus parca abſque teneſmo. Vrinae fere naturales.

Pulſus celerior, fortis, ſubdurus, doloris vehementiae haud reſpondens.

Venae ſectio unc. VI.
Emollientium continuatio.

28. *April.*

Nox parum tranquilla. Lingua albida, leviter flaveſcens in medio.

Eadem fere doloris in abdomine vehementia.

Alvus etiam ab enemate haud mota.

Minor et celeritas et durities pulſuum.

Sanguis e vena miſſus cruſta phlogiſtica contracta tectus.

Emollientia continuantur.

29. *April.*

Mitior paulo abdominis dolor, per vices intenſior. Alvus, licet enemate ſollicitata, non mota.

Pulſus naturali fere celeritate, at plenior, ſubdurus.

Venae ſectio unc. V.
Emollientia continuantur.
Veſicans ad nucham.

30. *April.*

Dolor minus intensus. Eadem pulsuum conditio. Alvus nulla. Sanguis e vena missus crusta pleuritica tectus.

Solutio Mannae unc. ij. ß. in emulsi Librar: ij.
Emollientium continuatio.

5. *Maii.*

Heri a meridie dolor abdominis intensior, ut mannae usus interdiceretur.

Noctu maior pulsuum durities. Secta vena est, unc. VIII.

Leve noctu levamen. Alvus semel movebatur, parca.

Dolor abdominis acutus, per vices tamen remissior, atque thoracis latera

ra minus vexans. Vrinae cum ſedimento mucoſo.

Pulſus naturali celerior, fortis, ſubdurus.

Sanguis e vena miſſus initiantem cruſtam exhibuit.

Vſus emollientium continuatur.

2 — 3. *Mai.*

Noctu rudiorem attactum abdomen bene tulit, mane iterum impatientius.

Alvus bis mota, parciſſima. Aliqua adhuc pulſuum durities.

Idem fere ſequenti die morbi ſtatus. Alvus tamen nulla.

Eadem continuata.

4. *Mai.*

4. *Maii.*

Aliqua doloris remiſſio. Alvus nulla. Modica pulſuum durities.

Oleum ricini: ter de die unc. dimidia iuſculo dilut.
Potus emolliens.

5 — 15. *Maii.*

Prima die alvus non movebatur, movebatur at altera binis vicibus. Continuato olei ricini et potuum emollientium uſu alvus ſequentibus diebus liberrima.

At doloris haud magnum, et inconſtans exſtitit levamen; circa veſperam plerumque recrudeſcentis. Quandoque et thorax vexabatur. Maior ſenſim pulſuum, et linguae etiam mollities.

15. *Maii.*

Dolor abdominis ultimis praecedentibus diebus ſenſim mitior factus, nunc ceſſans. At lateris iterum dolor, attactum non ferens. Artuum inſuper ſuperiorum vagi dolores. Pulſus naturalis, et ſoluta alvus.

Sambucina cum ſpiritu Mindereri.

16. *Mai.*

Dolor lateris imminutus. Abdomen vix non indolens. Pulſus naturalis.

Veſicans dolenti lateri: ſupra veſicans emolliens cataplaſma.
Sambucinorum continuatio.

17. *Maij.*

Nox tranquilla. Levior in latere

re

re dolor. Abdomen vix non indolens. Pulſus ſanorum.

Sambucina cum grano uno tartari emetici.

18. *Maii* — 5. *Iunii.*

Rheuma humerum potiſſimum occupans continuato uſu tartari emetici ſambucinis iuncto, tandem mitiſſimus, ut aegra 27. Maii, e lecto ſurgeret. Tartari emetici dein granum dimidium exhibebatur.

At tempeſtate frigidiori facta proximis diebus dolor et brachii et abdominis ita recruduit, ut 3. Iunii veſicans latum intra ſcapulas poneretur. Granum iterum recrudeſcentibus doloribus tartari emetici ſambucinis addebatur.

5. *Iunii.*

Binis iam diebus veſpertina dolo-

ris exacerbatio, ſine ulla tamen febre; decoctum Salap. iterum exhibitum, et cataplaſma abdomini applicatum.

7. Iunii mitior equidem abdominis de die dolor. At in thorace doloris et ardoris ſenſus. Lingua leviter flaveſcens. Alvus nulla. Aliqua pulſuum durities. Vena ſecta eſt ad uncias V. ſanguis incipiente cruſta tectus. Veſpertina iterum doloris intenſio.

Altera die rheumate et pulmones, et dextrum iterum latus pertinaciter occupante veſicans nuchae applicabatur. Alvus per 4 dies clauſa tandem copioſa ponebatur cum magno levamine. At dolores non penitus ſubacti, modo in brachium, modo in latera thoracis, aut in abdomen, ſubinde in omnes eas partes ſimul incubuit. Tartarus emeticus iterum ſambucinis iungebatur, et 22. Iunii veſicans nuchae

chae applicatum fluxu ſeroſo per triduum continuato. His remediis dolores ſenſim mitiſſimi, ut aegra iterum obambularet.

3. *Iunii.*

Circa meridiem ſubita magnaque thoracis oppreſſio, et acutus dolor, profundiori inſpiratione auctus. Vena iterum ſecta eſt ad uncias VII. Veſicans iterum nuchae applicatum, et decoctum Salap. exhibebatur tepide. Tertia iam die liberior reſpiratio, et valde miteſcens dolor. Sub continuato potuum emollientium uſu omnes tandem pertinaciſſimi huius rheumatis reliquiae penitus everſae, et aegra 15. Iulii 82 morbi die ſana diſceſſit.

Obſer-

Obſervatio II.

Figulus 33 annorum per novem menſes plumbata tractans, abhinc duobus menſibus de aſſidua daedolatione, et artuum quadam rigiditate conqueritur. Ante 4 dies febre continua corripitur, acceſſit altera die dolor abdominis, tertia die verſus veſperam aeruginoſa vomuit, dolor intenſior, et alvus pertinaciter clauſa.

14. *Iun.* 4. *m. d.*

Caput grave. Sapor pituitoſus, lingua albida. Dolor per totum abdomen diffuſus, rudiori attactu modice auctus.

Alvus noctu ſemel ab enemate mota. Vrinae intenſe flavae.

Pulſus naturali celeritate, plenus, fortis, durus chordae ferreae ad inſtar.

Cata-

Cataplaſma emolliens.
Potus antiphlogiſticus emolliens.
Olei ricini bis de die unc. dimidia.

15. *Iun.*

Nox inquieta. Verſus auroram mitior paulo dolor. Lingua albida. Aliquoties bilioſa vomuit.

Abdomen attactus minus impatiens. Alvus ſemel ab enemate ſollicitata. Vrinae bilioſae ſine contentis.

Pulſus plenus, fortis, durus.

Eadem continuantur.

16. *nIu.*

Nulla doloris mitigatio. Vagi artuum dolores. Rarior vomitus. Alvus

Alvus ab enemate bis mota. Minor pulſuum durities.

Ter de die unc. dimidia olei ricini
Potus emolliens, antiphlogiſticus.

17. *Iunii.*

Maior noctu quies. Aliqua doloris mitigatio. Alvus nulla. Vomitus nullus.

Eadem continuantur.

18. *Iunii.*

Iterum vomuit bilioſa. Dolor remiſſior. Alvus nunc etiam nulla. Vrinae bilioſae.

Emollientia et oleum continuantur.

19. *Iun.*

Ingens foecum copia deiecta. Semel heri biliosa vomuit. Abdomen leviter dolens. Maior pulsuum mollities.

Eadem fere altera die aegri conditio.

Eadem continuantur.

21. *Iun.*

Manifestus sub profundiori inspiratione oppressionis et doloris sensus. Tussis pectoralis, sputa puriformia, duriorque iterum pulsus.

Lingua albescens, sapor oris pituitosus.

Alvus quater sponte mota, copiosa. Vrinae intense flavae.

Abdo-

Abdomen molle, indolens.

Venae ſectio unc. VIII.
Potus emolliens, tepidus.
Vſus olei ricini non continuatur.

22. *Iun.*

Levior et oppreſſio, et dolor. Pulſus mollior, naturali celeritate. Sanguis e vena miſſus compactus.

Vrinae intenſe coloratae. Alvus bis mota, ſpontanea.

Emollientia continuantur.

23 — 25. *Iun.*

Plena thoracis libertas. Aequalis inſpiratio. Vrinae minus coloratae, libera alvus. Pulſuum naturalis conditio.

Elapſo biduo aeger ſanus diſceſſit.

Obſer-

Obſervatio III.

Ancilla 18 annorum per novem menſes apud pictorem terendis pigmentis inſerviens ante 3 circiter menſes vagis artuum doloribus vexari cepit. Ante 10 dies febre continua corripitur; acceſſit vomitus frequens, colicus dolor, et alvi moroſitas.

20. *Iun.* 10. *m. d.*

Cephalalgia, dolor per frontem ad utramque genam diffuſus.

Lingua albida. Oris amaror. Heri primum vomitus ceſſavit.

Aſſidua, at levior thoracis oppreſſio, rara tuſſis.

Dolor per abdomen diffuſus, verſus dextrum hypocondrium magis acutus, attactu externo, et decubitu in ſiniſtro latere auctus.

Alvus

Alvus ab aliquot diebus conſtipata. Vrinae coloratiores cum ſedimento mucoſo.

Pulſus vix celerior, fortis cum aliqua duritie.

Venae ſectio unc. VIII.
Cataplaſma emolliens.
Potus emolliens tepidus.

21. *Iun.*

Nox tranquilla. Sapor oris pituitoſus, albeſcens lingua. Levior thoracis oppreſſio. Dolorum in abdomine nulla mitigatio. Alvus pertinaciter clauſa.

Pulſus plenus, fortis, vibrans.

Sanguis e vena miſſus cruſta pleuritica tectus.

Continuantur emollient.

22. *Iun.*

Verſus auroram aucta dolorum ſaevities. Alvus nulla. Aliqua pulſuum mollities.

Venae ſectio unc. V.

Oleum ricini: ter de die uncia dimidia.

Emollientium continuatio.

23. *Iun.*

Heri circa veſperam alvus per 11 dies pertinaciter clauſa, ſponte mota, ſtercorea, copioſa, noctu etiam bis poſita. Inſigne levamen. Mane dolor plurimum mitigatus rudiorem etiam attactum ferens. Vrinae bilioſae. Molliores pulſus. Sanguis e vena miſſus cruſtam iterum pleuriticam exhibuit.

Solo

Solo nunc emollientium uſu continuato, miſſo ricini oleo, aegra intra paucos dies convaluit, et 28. Iunii morbi die 17. dimiſſa.

OBSERVATIONES

MEDICAE

VARII ARGVMENTI.

EDIDIT

IOSEPHVS EYEREL.

SYLLOGE V.

VIENNAE ET LIPSIAE,

APVD GEORG PHILIPP WVCHERER.

MDCCLXXXVI.

I.

Febris pituitoſa febri inflammatoriae ſuccedens.

Non infrequenter accidere, ut in eodem morbo febris febri ſuccedat, in tertia harum obſervationum Sylloge p. 49 adnotavi. Ab eo tempore plures obſervare caſus licuit febrium inflammatoriarum in pituitoſas tandem febres deſinentium. Prima utique in his febribus inflammationis ratio habenda eſt, cavendum tamen, ne nimis faciles ſimus in mittendo ſanguine, ut natura longo per ſe morbo ferendo par ſit.

Obſervatio I.

Iuvencula 17 annorum ante 14 dies prima vice catamenia experta eſt. Die 16 Aprilis Dominica paſchatis et carnes et ova, ingurgitata ſimul cereviſia, devoravit. Altera die febre continua corripitur cum inſigni lumborum et praecordiorum dolore. Primis mox diebus purgans ſumſit, unde alvus quotidie 5—6 mota.

27. *April.* 11. *m. d.*

Cephalalgia, lingua arida, fiſſa.

Nullum profundioris inſpirationis impedimentum. Dolor ad ſcrobiculum cordis aſſiduus.

Abdomen in regione hepatis acute dolens, tenſumque.

Alvus

Alvus quinquies mota, aquoſa. Vrinae brevi iumentoſae factae cum ſedimento bilioſo.

Pulſus naturali multo celerior, ſubdurus.

Terreus faciei color, genis alterne rubentibus. Cutis inperſpirabilis.

Decoctum hordei cum roob ribeſiorum, et ſyropo acitoſi: citri.
Cataplaſma emolliens lateri dolenti applicatum.

28. *April.*

Nox inſomnis. Capitis dolor, lingua albida mucoſa. Tuſſis frequens ab irritamento circa praecordia. Dolor in hepatis regione evanuit.

Alvus diarrhaeica octies mota. Vrina coloratior abſque ſedimento.

Pul-

Pulſus celer ſine duritie. Cutis ſtrigoſa.

Decoctum ſalap.

29. *April* — 4. *Maii.*

Aſſidua ſequentibus diebus tuſſicula, et cutis ſiccitas. Diarrhaeica, non tamen profuſa alvus. Vrinae paulo coloratiores, decreſcens pulſuum celeritas. Eadem continuata remedia.

At 2 Maii mite inceſſit delirium. Pulſus plenus fortis. Perſtabat hoc delirium tota die; ſera veſpera maior pulſuum durities, ut ſanguinis unciae VIII e vena mitterentur. Alvus interdiu in lectum poſita.

Mane plena animi praeſentia adfuit, iuſtumque pulſuum moderamen. Vrinae fere naturales, alvus 5 mota.

San-

Sanguis e vena miſſus compactus, Tuſſicula. Sicca cutis.

Emollientium continuatio.

4. *Maii.*

Tuſſis frequens catarrhoſa, cutis imperſpirabilis. Hinc inde deciduae cutis ſquamulae.

Alvus parcior, urinae naturales cum ſedimento mucoſo. Pulſus naturali modice celerior.

Sambucina cum ſpiritu Mindereri.
Cataplaſma emolliens abdomini et thoraci applicatum.

5. *Maii,* 19. *m. d.*

Alvus 7 mota, atque ut praegreſſis diebus in lectum maximam partem poſita.

Pul-

Pulſus celerior, mollis, ad debilem accedens. Faciei pallor.

Corticis peruviani drachmae VI. cum rad. alth. unc. I. et dimidia decoct.

6—8. *Maii.*

Sexta Maii mitiſſimum delirium, altera die omnino nullum. Rarior tuſſicula. Vrinae naturales cum pauco ſedimento mucoſo imperfecte depoſito. Pulſuum debilitas. Cutis ſicca.

Eadem continuata.

8. *Maii.*

Maxima noctu tranquillitas. Tuſſis frequens catarrhoſa. Cutis ſicca.

Alvus noctu bis mota, conſiſtens. Vrinae turbidae. Cuticula hinc inde inſtar furfurum ſecedens. Pulſus modice celerior.

Cortex

Cortex peruvianus emollientibus iunctus.

9 — 30. *Maii.*

Continuato horum remediorum connubio alvus continuo lubrica et assidua cutis desquamatio; pulsuum vigor et appetitus sensim rediere. Tandem solum decoctum corticis exhibebatur, eoque continuato cura ad finem perducta.

Obser-

Obſervatio II.

Textor 22 annorum ultima Aprilis vino largius indulſit. Sera veſpera febre continua corripitur, praecordiis admodum dolentibus, cum vertigine et amarore oris. Nona morbi die vena ſecta eſt; modicum inde levamen.

11. *Maii*, 11. *m. d.*

Minor capitis temulentia, oſque minus amarum. Lingua albida flaveſcens.

Nulla thoracis oppreſſio. Tuſſis rara viſceralis. Sputa mucoſa.

Dolor auctus in tota regione epigaſtrica, circa hepar imprimis, tuſſi et attactu auctus.

Alvus ter mota, urinae paulo coloratiores.

Pul-

Pulſus acceleratus, plenus, vibrans.

Color faciei et oculorum dilutiſſime flaveſcens.

Venae ſectio unc. VII.
Decoct. hordei cum nitro.

12. *Mai.*

Mitior noctu calor. Tuſſis frequens, viſceralis. Sputa bilioſa.

Minor abdominis dolor, rudiorem attactum ferens. Minor et celeritas et durities pulſuum. Sanguis e vena miſſus cruſta tectus. Flaveſcens ſerum.

Alvus ter mota, urina fere naturalis.

Mixtura ſalina.

13 — 14. *Maii.*

Levior omni die dolor. Naturalis

lis pulſuum conditio. Acceſſit ſurditas. Alvus ſoluta. Tuſſicula.

Eadem continuata.

15. *Maii.*

Maior noctu incaleſcentia et vexans tuſſicula. Mane miliaria in abdomine apparuere.

Os amarum. Lingua albida flaveſcens, tenaci glutine obducta. Sputa pendula, glutinoſa. Doloris in regione hepatis reliquiae.

Pulſus modice celerior.

Alvus quater mota, pultacea.

Sambucina.

16. *Maii.*

Copioſa miliaria. Rarior tuſſis. Sputa pendula, glutinoſa. Lingua circa

ca margines albida. Levis ad cardiam dolor. Minor auditus difficultas. Alvus quater mota, pultacea. Naturalis pulſuum celeritas, cutis perſpirabilis.

Eadem continuantur.

17. *Maii.*

Confertiſſima in thorace et abdomine miliaria. Tuſſicula. Dolor ad cardiam vix ullus. Naturalis urinarum et pulſuum conditio. Continuatis ſambucinis aeger intra 14 dies ſanatus e noſocomio diſceſſit.

Obſer-

Observatio III.

Ancilla 22 annorum 23. Iunii, cum frigidam affatim hausisset, vesperi febre corripitur, cum sensu oppressionis ad cardiam. Altera die, febre perstante, purgans sumpsit, hausta posthac cerevisia, qua vis purgans acueretur. Alvus ab eo tempore diarrhaeica. Quinta morbi die ab emetico assumpto quinquies vomuit, modico inde subsecuto levamine.

30. *Iulii*, 8. *m. d.*

Cephalalgia, sapor oris pituitosus. Lingua albida, modice flavescens.

Nulla thoracis oppressio, at frequens catarrhosorum tussicula. Sputa mucosa. Levior ad cardiam dolor.

Vrinae fere naturales, cum sedimento mucoso imperfecte deposito; alvus 8 mota.

Pul-

Pulſuum modica acceleratio, aliqua tamen durities et vibratio.

Sambucina.

1. *Iulii.*

Rarior tuſſis, Sputa glutinoſa. Alvus quater mota. Pulſus naturali vix celerior.

Mixtura ſalina.

2—6. *Iulii.*

Febricula. Vrinae brevi iumentoſae factae, cum ſedimento lateritio, copioſo. Sputa pituitoſa largiter affluentia cum magno aegrae levamine. Frequens tuſſis. Alvus ſoluta.

Eadem continuata.

6. *Iulii.*

Quinta Iulii ſera veſpera miliaria in abdomine proruptere. Frequens

ſpu-

ſputatio pituitae. Alvus ſemel mota, urina cum ſedimento mucoſo. Pulſus ferme ſanorum.

Eadem remedia.

7. *Iulii.*

Largus noctu ſudor. Tuſſis rarior. Lingua alba, flaveſcens. Sputa copioſa, glutinoſa. Alvus ſemel mota. Copioſa miliaria. Ob alvum moroſiorem maior ſalis medii doſis exhibita.

8 — 14. *Iulii.*

Largae his diebus nocturnae ſudatiunculae. Lingua albida. Frequens, copioſa glutinoſae materiae ſputatio. Alvus debite ſoluta. Vrinae lateritiae. Febricula tenuiſſima. Miliaria abdomen obſidentia.

Sambucina cum ſpiritu Mindereri.

14—24. *Iulii.*

Fatiſcente ſenſim febricula affluxu glutinoſae materiae imminuto, et tenuiori, miliaribus diſparentibus, et deſquamari incipiente cuticula, decoctum corticis peruviani exhibebatur, ſub cuius uſu continuato aegra ſanata 24. Iulii diſceſſit, m. d. 32.

Obſervatio IV.

Iuvencula 15 annorum, catamenia nondum experta, 25. Iunii febricula corripitur aſſidua, cum artuum daedolatione, ore amariuſculo, inappetentia, et fixo in regione lienis dolore. Continuo fere obambulabat agenda perficiens. Ab aſſumptis domi ſuae pillulis 11. m. d. bis vomuit, 18. alvum deiecit, unde dolor intenſior reddebatur, et alvus diarrhaeica perſtabat.

11. *Iul.* 17. *m. d.*

Lingua alba, leviſſime flaveſcens. Os minus amarum.

Abdomen in regione lienis tumidulum, modice dolens.

Alvus ſexties mota. Vrinae paulo coloratiores naturalibus.

Pulſus

Pulſus modice celerior, duriuſculus.

Copioſa per totum abdomen miliaria. Palleſcens facies. Artuum daedolatio.

Decoctum ſalap.

Cataplaſma emolliens.

12. *Iulii.*

Noctu maior incaleſcentia, et largus ſudor. Miliaria vix non omnia diſparuere. Dolor in hypocondrio ſiniſtro mitior. Tenuiſſima febris.

Alvus 7 mota, cutis perſpirabilis.

Decoctum ſalap.

13. *Iulii.*

Nox placide peracta. Vix ullus in hypocondrio ſiniſtro dolor. Pul-

ſus ferme naturalis. Decidua hinc inde furfurum ſpecie cuticula.

Alvus 2 mota. Lingua alba.

Sambucina cum nitro.

14. *Iulii.*

Noctu copioſa iterum miliaria proruperе largos inter ſudores pectus potiſſimum obſidentia. Abdomen molle, indolens. Naturalis pulſuum conditio. Alvus 4 mota. Cutis perſpirabilis.

Eodem ſambucino remedio continuto aegra ſenſim convaluit, et 28. Iulii morbi die 34. e noſocomio diſceſſit.

II.

Peripneumonia cum febre biliofo-putrida complicata lethalis.

Ianitor 74 annorum, quondam miles, faniffimus femper, ante 18 circiter dies febre continua corripitur, cum aurium tinnitu, incalefcentia magna, oris amarore, fiti valida, daedolatione, dolore lateris finiftri punctorio, et alvo hucufque diarrhaeica. Quarta morbi die a vena fecta dolor lateris fublatus.

22. *Maii*, 18. *m. d.*

Caput grave, fufurus aurium.

Os amarefcens. Lingua flavefcens, intermixta albedine, hirfuta. Nulla thoracis oppreffio. Levior dextri hypocondrii tenfio.

Alvus 2 mota. Vrina coloratior.

Pul-

Pulſus acceleratus, plenus, cum aliqua duritie.

Color oculorum et faciei, circa labia et nares praeſertim, dilutiſſime flaveſcens. Genarum rubor.

Mixtura ſalina cum roob ribeſiorum.

23. *Maii.*

Maior capitis temulentia, et aurium ſuſurrus. Lingua hirſuta, albido-flaveſcens. Os amarum.

Abdomen infarctum. Alvus bis mota, parca. Vrinae iumentoſae, ſedimento mox bilioſo depoſito. Naturalis fere pulſuum celeritas.

Eadem continuantur.

24. *Maii.*

Minor abdominis infarctus. Alvus bis mota, copioſa, ſtercorea. Vri-

nae

nae iumentofae, cum fedimento biliofo imperfecte depofito.

Lingua alba, flavefcens, tenaci glutine obducta. Pulfus naturalis.

Eadem remedia.

25. *Maii.*

Minor capitis temulentia. Lingua minus hirfuta. Abdominis infarctus. Alvus 2 mota. Vrina coloratior. Eadem conditio.

Solutio Mannae cum fale mirab. Gl. et cremore tart.

26. *Maii.*

Alvum quinquies pofuit, minor abdominis infarctus. Vrinae brevi iumentofae factae cum fedimento lateritio. Pulfus modice acceleratus, ad debilem accedens. Magna caeteroquin animi indifferentia.

De-

Decoctum corticis peruviani cum oxymelle.

27. *Maii.*

Alvus 2 mota. Eadem fere reliquorum conditio.

Mixtura falina ufui decoct. cort. interpolata.

28. *Maii.*

Maior paulo pulfuum vigor. Alvus bis pofita. Vrinae biliofae. Indifferens animus. Lingua impura, flava.

Eadem continuantur.

29. *Maii.*

Heri per totam fere diem magna virium vitalium proftratio. Nox inter deliria tranfacta.

Lingua

Lingua arrida, circa margines flavo glutine, tenaci, ductili, obducta. Pulſuum debilitas. Abdomen turgidum. Alvus ab enemate ter mota. Delirium per vices muſſitans. Coma. Tendinum ſubſultus.

Cortic. peruv. unc. una et dimidia, cum uncia dimidia fl. arnicae, decoct.

Latum veſicans intra ſcapulas.

30. *Maii* — 1. *Iun.*

Sub uſu corticis peruviani floribus arnicae iuncti, et vires erigebantur, et gluten illud tenas os atque fauces obſidens incidebatur. Sopor tamen aſſiduus, et taciturna deliria. Alvus ſoluta, ſpontanea. 31. Maii acceſſit praucedo, et frequens tuſſis.

1. *Iunii.*

Maior animi praeſentia. Oppreſ-

ſio

ſio thoracis, tuſſis frequens, ſputa cro-
cea. Pulſus plenus, durus.

Alvus ſemel ab enemate mota. Vrinae bilioſae. Abdomen tumidulum.

Radix altheae unc. una et dimidia cum unc. una fl. arnicae decoct.

2. *Iunii.*

Minor thoracis oppreſſio. Tuſſis rarior, ſputa nulla; mollior pulſus.

Abdomen tumens, alvus ter poſita. Vrina bilioſa.

Lingua glutine minus tenaci obducta.

Cortex peruv. cum fl. arnicae.

3. *Iunii.*

Crebra noctu tuſſis. Abdomen

ten-

tenſum. Alvus bis mota. Vrina copioſa, fere naturalis. Pulſus debite plenus. Sopor aſſiduus.

Eadem, addito rad. althi.

4. *Iunii.*

Maior thoracis oppreſſio. Frequens tuſſis, ſputa nulla. Sudor univerſalis. A meridie acceſſit reſpiratio ſtertoroſa, et aeger ſera veſpera periit.

Sectio cadaveris.

Thorace aperto pulmones pleurae firmiter adnexi apparuere, dexter praecipue.

Dexter pulmo crude, ſiniſter leviter inflammatus.

In utroque thoracis cavo quatuor ſeri flaveſcentis librae contentae.

In

In cordis utroque ventriculo magna copia lymphae coagulabilis polypi figuram effingens.

In inteſtinis, et in veſica quoque urinaria ſanguinis hinc inde ſuffuſio.

Epicriſis.

Synochus fuerat in initio imputris, bilioſa tamen aſperſa labe, quam ex urina, linguae conditione, ore amaro et anni epidemica conſtitutione colligere licuit. At neglectus per octodecim dies morbus, et provectior aetas virium vitalium ruinam accelerabant, adeo, ut fractum corpus, accedente inflammatorio ſtimulo pulmones obſidente, morbo ferendo impar fuerit.

III.

Exanthema urticatum.

Rarius occurrit inter exanthematicos morbos urticatum exanthema, ut vel ideo binos caſus adnotari mereantur, quorum alter febrim urticato exanthemate iudicatam, et huius ipſius exanthematis non obſcuram cum miliaribus affinitatem, utpote eodem catarrhoſorum tuſſicula praenuntia, exhibet: alter autem caſus febris eſt continuae remittentis, in qua cuti ſcarlatina continuo ſuffuſae, urticatum inter febriles circuitus exanthema iungebatur, inter ſudores iterum diſparens. Iuſto febris principis, in utroque caſu, moderamine, fatiſcente febre exanthemata quoque diſparuere.

Obſer-

Obſervatio I.

Puer 9 annorum 21 Martii febre continua corripitur, cum daedolatione artuum inferiorum, oppreſſione thoracis, abdominis doloribus aſſiduis, et diarrhaeica alvo. Die morbi octava in noſocomium magnum ſuſceptus eſt. Secta eſt vena.

29. *Martii*, 9. *m. d.*

Caput vertiginoſum. Os amarum. Lingua albido-flaveſcens.

Oppreſſio thoracis. Thorax ſub profundiori inſpiratione inaequaliter elevatus, inferiori ſiniſtri thoracis parte introrſum tracto, et ſerius elevato. Tusſis pectoralis; irritamentum ſub medio ſterno. Os amarum. Lingua albido-flaveſcens.

Aodominis dolor asſiduus, diffuſus, attactum externo auctus. Ge-

nuum dolor rheumaticus, vage etiam artuum dolores.

Pulſus acceleratus, fortis, durus, vibrans. Calor magnus fere urens.

Vrinae biliofae abſque contentis. Alvus ter poſita. Petechiae in pectore lenticulares.

Venae ſectio unc. VIII.
Cataplaſma emolliens.
Decoctum ſalap.

30. *Martii.*

Vix ulla thoracis oppresſio. Inſpiratio adhuc inaequalis, liberior tamen ſiniſtri thoracis elevatio. Tuſſicula frequens. Sputa mucoſa.

Arctiores doloris in abdomine limites. Nulli artuum dolores. Pulſuum eadem celeritas, minor tamen duri-

durities. Sanguis e vena miſſus cruſta phlogiſtica tectus.

Emollientia continuantur.

31. *Martii.*

Tuſſis frequens, pectoralis. Mitior abdominis dolor, at maior pulſuum celeritas, et durities.

Vrinae fere naturalis, alvus ſemel mota.

Venae ſectio unc. VI.
Potus antiphlogiſticus.

1 — 3. *April.*

Miteſcens ſenſim abdominis dolor, rudiorem tandem attactum ferens. Tuſſicula gutturalis. Pulſuum celeritas, minor tamen vibratio.

Alvus ſexies mota copioſa.

Idem

Idem fere ſequenti biduo morbi ſtatus, eademque adhibita emollientia remedia.

4. *April.*

Vix ullae doloris in abdomine reliquiae. Tuſſicula frequentior. Pulſus minus celer.

Alvus bis mota. Vrinae ſanorum.

Eadem remedia.

5. *April.*

Noctu in brachio dextro urticatum exanthema prorupuit. Rarior nunc tuſſis, molleſque pulſus. Abdomen indolens.

Alvus ter mota.

6. April. Exanthema urticatum diſparuit. 7. April. aeger apyretos, ſolo uſu largo potuum emollientium tepidorum continuato aeger 16. April. m. d. 26. ſanus e noſocomio diſceſſit.

Obſervatio II.

Laniarius 32 annorum 18. Iulii mox ab eſu raphani friguit, incaluit, prorumpente ſub incaleſcentia in cruribus et pectore tuberculoſo, ut dicebat, exanthemate. Altera die nulla febris, at oppreſſionis ſenſus circa praecordia. 20. Iulii frigore iterum corripitur, calore tamen nullo ſubſequo. Bis ea die bilioſa vomuit, cum aliquo levamine.

21. *Iulii*, 4. *m. d.*

Lingua alba leviſſime flaveſcens. Os minus amareſcens. Oppreſſio circa praecordia. Vrinae bilioſae, alvus ſemel mota. Color corporis et faciei flaveſcens. Scarlatinoſum in facie et pectore exanthema. Pulſus paulo celerior cum aliqua duritie.

Mixtura ſalina.

22. *Iu-*

22. *Iulii.*

Quinta matutina manifesta exacerbatio. Durante incalescentia urticatum quoque exanthema scarlatinoso iungebatur, thoracem et crura obsidens, inter sudores iterum disparens.

Eadem remedia.

23. *Iulii.*

Alvus octies posita. Vrinae coloratiores. Pulsus naturali celeritate, plenus, fortis. Abdomen molle, indolens. Dilutior scarlatina.

Decoctum solvens cum sale mirab. Gl.

24. *Iulii.*

Rediit circa septimam matutinam paroxismus, praecedente mitior. Vrticatum iterum exanthema apparuit.

25. Iulii aeger apyretos.

26. Iulii leviſſima exacerbatio. Nullum exanthema urticatum.

27. Iulii. Alvus 6 mota. Pulſus ſanorum. Vix ulla ſcarlatinae veſtigia.

28. Iulii. Nulla exacerbatio rediit. Alvus quinquies mota. Lingua leviſſime albida. Continuato decocti ſolventis uſu aeger 29. Iulii 12. m. d. ſanus diſceſſit.

IV.

IV.

Inflammatoria viſcerum affectio cum labe biliosa.

Obſervatio I.

Scriniarius 31 annorum a quatuordecim circiter diebus de vertigine per vices accedente conqueſtus eſt. 12. Maii febre continua corripitur, accedente dolore lateris ſiniſtri punctorio. Eadem die bilem vomuit cum multa pituita.

15. *Maii*, 4. *m. d.*

Dolor lateris ſiniſtri aſſiduus a ſiniſtra mamma ad ultimam uſque coſtam ſpuriam diffuſus, tuſſi, inſpiratione et externo attactu auctus. Tuſſis rara, ſputa nulla. Pulſus celer, fortis, plenus, durus, vibranſque.

Lingua

Lingua albida, modice flavescens. Os insipidum.

Abdomen indolens. Vrinae paulo coloratiores absque contentis. Alvus semel posita, pultacea.

Color corporis dilute flavescens. Calor naturali paulo maior.

Artuum inferiorum, et brachii potissimum dextri vagi dolores.

Secta vena est domi, tertia morbi die, eaque cum in nosocomium magnum aeger deportaretur, repetita. Insigne inde levamen obtentum.

Venae sectio unc. VIII.
Potus emoll. nitros. tepid.

16. *Maii.*

Multa noctu inquies. Dolor lateris angustioribus terminis circumscriptus,

ſcriptus, mitiorque. Oppreſſionis in medio thorace ſenſus, media ſiniſtri thoracis parte, cum profunde ſpiritus duceretur, minus alte elevata.

Pulſus naturali parum celerior, vibrans, ſubdurus. In ſanguine e vena miſſo cruſta rheumatica.

Artuum praeſertim inferiorum dolores vagi attactus externi impatientes.

Alvus ſemel mota, ſcybaloſa. Vrinae nebuloſae. Corpus dilute flaveſcens.

Emollientia.

17. *Maii.*

Mitia hac etiam nocte phantaſmata.

Dolor

Dolor lateris plurimum mitigatus. Inſpiratio profunda liberior, nondum omni modo aequalis. Modica pulſuum celeritas, durities nulla.

Vrinae nebuloſae. Alvus ſemel poſita.

Capitis ſtupor, lingua albido flaveſcens. Dilutior corporis flavedo.

Mixtura ſalina cum roob ribeſiorum.

18. *Maii.*

Noctu ſomnus.

Mitis lateris dolor. Minor thoracis oppreſſio, et profunda inſpiratio aequalior. Tuſſis pectoralis. Sputa quaedam ſanguine ſtriata. Pulſus ſanorum.

Alvus

Alvus ab enemate ſemel mota, copioſa. Vrinae coloratiores.

Caput minus ſtupidum. Lingua minus albida, mollior.

Corpus dilutiſſime flaveſcens.

Mixtura ſalina.

19. *Maii.*

Thorax liberior, miteſcens lateris dolor. Sputa mucoſa pauco ſanguine tincta. Tuſſis rara. Pulſus naturalis. Lingua leviſſime albicans.

Alvus ter mota, copioſa, ſcybaloſa.

Idem remedium.

20 — 28. *Maii.*

Intra biduum dolor omnis continuit, et plena thoracis libertas eſt reſtituta. Sputa tandem mere mucoſa.

Pul-

Pulſus naturalis. Alvus bis mota.

Continuato cremoris tartari et roob ribeſiorum uſu aeger ſenſim convaluit, et 28. Maii morbi die 17. e noſocomio diſceſſit.

Obſervatio II.

Operarius 30 annorum die 13. Iulii in febrim continuam incidit cum daedolatione, oris amarore, et alvo diarrhaeica 7 — 10 intra 24 horas. Quarta morbi die biliofus vomitus. Mixtura utebatur ſalina.

25. *Iulii*, 13. *m. d.*

Dolor in regione ventriculi aſſiduus ab attactu auctus. Pulſus celerior, ſubdurus.

Caput temulentum, os amarum. Lingua albido - flaveſcens.

Alvus

Alvus 9 mota, urinae bilioſae.

Cataplaſma emolliens.
Decoctum ſalap.

26. *Iulii.*

Dolor dextrum potiſſimum hypocondrium occupans. Levis amaror oris. Vrinae minus coloratae, alvus quinquies mota.

Pulſus naturali paulo celerior, at fortior, duriorque.

Venae ſectio unc. VIII.
Emollient. continuantur.

27. *Iulii.*

Hypocondrium molle, indolens. Lingua leviſſime flaveſcens. Vrinae minus bilioſae. Alius quater mota. Naturalis fere pulſuum celeritas, durities nulla.

In ſanguine e vena miſſo inchoans cruſta.

Emollientia.

28. *Iulii.*

Levior hypocondrii dextri intumeſcentias dolor nullus.

Alvus bis mota, urinae coloratiores.

Pulſus paulo celerior cum aliqua iterum duritie.

Mixtura ſalina.

29. *Iulii.*

Hypocondrium molle, indolens. Pulſuum naturalis conditio.

Dilutior urinarum flavedo: alvus bis poſita.

Idem fere ſequenti die morbi ſtatus.

31. *Iulii.*

Vrinae bilioſae cum ſedimento lateritio. Alvus ter poſita. Tenuis febricula. Lingua albeſcens.

Solis ſolventibus lenioribus aeger ſenſim ſine ſenſu priſtinae ſanitati reſtitutus e noſocomio diſceſſit.

Obſervatio III.

Scriniarius 20 annorum hyeme praeterlapſa enteritide laborabat. Sanatus ad haec uſque tempora bene valuit. 13 Maii, cum gravius portaſſet onus, et aeſtuante corpore cereviſiam largius ingurgitaſſet, eadem veſpera febre continua corripitur, abdominis inſuper doloribus vexatus. Secunda et tertia morbi die bilioſa vomuit.

15. *Maii*, 3. *m. d.*

Aſſiduus in dextro hypocondrio dolor per vices intenſior. Reliquum abdomen molle atque indolens. Pulſus naturali celerior, fortis, plenus abſque duritie.

Lingua albida, flaveſcens. Nulla vomituritio.

Intenſus facie rubor. Corpus dilutiſſime flaveſcens.

Decoctum hordei cum nitro et oxymelle.

16. *Maii.*

Placidus tota fere noctu ſomnus. In dextro hypocondrio vix aliquod doloris veſtigium. Naturalis pulſuum celeritas.

Lingua albido-flaveſcens. Alvus bis mota, copioſa, ſcybaloſa. Vrinae fere

fere naturales. Minor faciei rubor. Corpus flavescens.

Mixtura salina.

17. *Maii.*

Intra biduum dolor omnis evanuit, et mollities rediit hypocondrio.

19 Maii alvus semel posita copiosissima. Pulsus et urinae sanorum. Diluta corporis flavedo.

Continuato solventium usu aeger 25 Maii m. d. 13 sanus discessit.

Observatio IV.

Piliarius 23 annorum 27 Iulii circa vesperam horruit, incaluitque valida sinistri thoracis oppressio, abdominis et artuum quoque erratici dolores febrim una comitabantur. Sequentibus diebus calor et oppressio thoracis perstabant.

6. *Iul.* 9. *m. d.*

Oppreſſionis in medio thorace, ad cardiam uſque ſenſus.

Tuſſis frequens, pectoralis. Sputa mucoſa, ſanguine hinc inde ſtriata.

Levior ad ſcrobiculum doloris ſenſus.

Pulſus celer, plenus, durus.

Sapor oris pituitoſus, lingua albido-flaveſcens.

Alvus ab aliquot diebus moroſior hac nocte 4 poſita. Vrinae coloratiores.

Venae ſectio unc. VIII.
Decoctum ſalap.

7. *Iul.*

Multa noctu ob calorem inquies.

Minor

Minor thoracis oppreſſio. Tuſſis rara. Sputa pauxillo ſanguine tincta.

Abdomen omne molle atque indolens.

Minor pulſuum durities.

In ſanguine e vena miſſo cruſta pleuritica.

Alvus 4 poſita. Vrinae coloratiores.

Lingua albida flaveſcens, et amaror oris.

Emollientia.

8. *Iulii.*

Modica ſub medio ſterno oppreſſio. Profundior inſpiratio inaequalis. Tuſſis frequens; ſanguinis in ſputis ſtriae.

Hypocondria mollia.

Pulſus fere naturali celeritate, ſubdurus.

Alvus ſepties mota. Mucoſum in urina ſedimentum.

Os minus amarum; lingua albida flaveſcens.

Emollientia.

9. *Iul.*

Liberior in profundiori in ſpiratione thoracis elevatio. Sputa pauca ſanguine ſtriata; aliqua pulſuum vibratio.

10. *Iulii.*

Oppreſſio nulla; tuſſis rarior. Maior inſpirationis aequalitas. Sputa mere mucoſa.

Alvus

Alvus bis mota, copiosa, pultacea. Vrinae sanorum. Pulsuum vibratio.

Sapor quoque oris emendatus, albido-flavescens lingua.

11. *Iulii.*

Nondum plena inspirationis profundae libertas. Tussis rara, sputa iterum pauca sanguine tincta. Pulsus modice vibrans.

Eorundem emollientium continuatio.

12. *Iul.*

Aliqua iterum inspirationis emendatio accessit. Pauca sanguinis in sputis vestigia. Pulsuum eadem conditio.

Continuato emollientium tepidorum uſu intra paucos dies plena inſpirationis libertas rediit; ſputa tandem mere mucoſa prodiere, et vibratio pulſuum plane ceſſavit, ut aeger ſanus e noſocomio diſcederet.

V.

Latens pulmonum inflammatio.

Textor 23 annorum parentes graviter aegrotantes invifebat. Iis ex eodem morbo defunctis, moeftus ex itinere Viennam redux adverfam praefenfit valetudinem. Secunda Iunii febre continua corripitur, cum per biduum ardoris in thorace, et doloris in abdomine fenfum per vices effet conqueftus. Acceffit valida artuum daedolatio. Quinta morbi die ab affumpto emetico quinquies vomuit, alvus quoque quinquies mota; intenfior hinc abdominis dolor. 10 Morbi die a fanguinis unc. V miffis, et admoto abdomini cataplafmate fractus paulifper morbus eft.

12. *Iūn.* 11. *m. d.*

Lingua albido-flavefcens, vomituritio.

Sub

Sub profundiori inſpiratione, et tuſſi levior infimi thoracis dolor, et facilior in latus dextrum decubitus.

Per totam regionem epigaſtricam, maxime tamen in ſiniſtro hypocondrio 'dolor attactu externo auctus.

Pulſus acceleratus, durus, vibrans.

Vrinae bilioſae cum ſedimento mucoſo. Alvus 2 mota.

Color faciei dilutiſſime flaveſcens. Genae rubentes.

Venae ſectio unc. VIII.
Cataplaſma emolliens.
Potus emolliens, nitroſus, tepidus.

13. *Iunii.*

Mane bilioſa vomuit. Oppreſſionis ad cardiam ſenſus. Hypocondrium

drium ſiniſtrum minus dolens. Eadem pulſuum celeritas, minor tamen durities. Alvus ab enemate ſemel mota. Vrinae bilioſae cum ſedimento imperfecte depoſito. Sanguis e vena miſſus cruſta rheumatica tectus.

Emollientia continuantur.

14. *Iun.*

Heri a meridie bilioſa vomuit.

Inſpiratio profundior tuſſi interveniente interrupta: inaequalis, ſuperiori thoracis parte citius, altiuſque elevata. Tuſſis rara. Dolor in regione hepatis fere profligatus, levior in ſiniſtro hypocondrio ſuperſtes.

Modica pulſuum celeritas, durities aliqua.

Alvus quinquies mota, urinae bilioſae. Cutis imperſpirabilis.

Venae

Venae ſectio unc. VIII.
Emollientium continuatio.

15. *Iun.*

Inſpiratio paulo liberior, attamen inaequalis. Tuſſis rara, eaque pectoralis. Sputa glutinoſa, ſanguine ſtriata. Leviſſimus hypocondrii ſiniſtri dolor. Pulſus celer, plenus, ſubdurus. Sanguis e vena miſſus, cruſtam rheumaticam exhibuit. Vrinae turbidae.

Venae ſectio unc. VIII.

16. *Iun.*

Quater heri bilioſa vomuit. Noctu largus ſudor. Caput ſtupidum. Lingua intenſe flaveſcens, ſapor pituitoſus.

Thoracis per vices oppreſſio. Tuſſis frequens, pectoralis, ſputa puriformia.

riformia. Inſpiratio profundior tuſſi intercepta, inaequalis. Regio hepatica rudioris attactus impatiens, ſiniſtrum hypocondrium leviter dolens. Pulſus celer, ſubdurus, vibrans. In ſanguine e vena miſſo cruſta rheumatica. Alvus quater poſita, urinae minus bilioſae abſque contentis. Dilutior corporis flavedo.

Emollientia.

17. *Iun.*

Heri iterum bilioſorum vomitus. Lingua albida flaveſcens.

Aſſidua thoracis oppreſſio. Eadem inſpirationis inaequalitas, tuſſis rarior. Sputa ſanguine hinc inde ſtriata. Vix ullus in hypocondriis dolor. Pulſus celerior, plenus, ſubdurus. Sanguinis e vena miſſi cruſta rheumatica.

Alvus

Alvus quater posita, liquida. Vrinae coloratiores.

Venae sectio unc. VI.
Emollientia.

18. *Iun.*

Minor thoracis oppressio. Inspiratio liberior, altior, adhuc tamen inaequalis, et interveniente tussi praepedita. Tussis rarior, sputa puriformia. Hypocondria levissime dolentia. Pulsus modice celerior, subdurus. Sanguis e vena missus crusta tectus.

Alvus ter mota, urinae coloratiores.

Eadem remedia.

19. *Iun.*

Nox inquieta. Magna animi indiffe-

differentia, et tarda ad interrogata re-ſponſio. Lingua ſicceſcens.

Aſſidua thoracis oppreſſio. Profunda inſpiratio inaequalis, dextra thoracis parte fere immota. Tuſſis frequens, catarrhoſorum ad inſtar, ſputa quaedam puriformia.

Abdomen molle, indolens. Alvus quater poſita, urinae coloratiores naturalibus.

Naturalis fere pulſuum conditio.

Sambucina cum nitro.

20. *Iun.*

Heſterna veſpera, cum maior eſſet virium lanquor, grana VI camphorae in emulſo data. Noctu ſomnus.

Mane

Mane capitis ſtupor, lingua glutine obducta. Nulla thoracis oppreſſio, tuſſis rara, ſputa mucoſa.

Abdomen molle, indolens, alvus ter mota inſcio aegro in lectum deiecta. Vrinae coloratiores.

Pulſus naturali modice celerior.

Emulſum camphoratum
et
Mixtura ſambuc. cum ſpiritu Minder. dr. iij. alternatim.

21. *Iun.*

Maxima animi indifferentia, ſoporis aemula. Lingua tenaci glutine obducta. Leve reſpirationis impedimentum. Tuſſicula. Sputa tenacia in filum ductilia; quaedam puriformia.

mia. Pulſus ferme naturalis. Alvus inſcio aegro poſita.

Eadem remedia.

22. *Iunii.*

Mitiora noctu phantaſmata.

Inſpiratio profundior inaequalis, et doloris ſub ea ſenſus. Sputa glutinoſa. Pulſus paulo celerior. Alvus iterum aegro inſcio deiecta. Vrinae cum ſedimento mucoſo.

Decoctum ſalap.

23. *Iun.*

A media nocte maior quies. Mane miliaria in abdomine apparuere. Caput temulentum, reſponſio tarda. Lingua fiſſa, arida.

Inſpiratio profunda inaequalis, inferiori thoracis parte potius retracta, quam

quam ſurſum mota. Levior in hypocondrio dextro durities. Pulſus naturali vix celerior, at ſubdurus, vibranſque.

Alvus quater poſita, urinae fere naturales.

Idem remedium.

24. *Iun.*

Tuſſicula, ſputa ſanguine tincta, inſpiratio inaequalis. Eadem fere reliquorum conditio.

Venae ſectio unc. VIII.
Cataplaſma emolliens thoraci applicatum.
Decoctum ſalap.

25. *Iun.*

Impedita adhuc tuſſi profundior inſpiratio, et inaequalis. Tuſſicula frequens, ſputa ſanguine tincta. Pulſus

ſus celerior, ſubdurus, fortis. In ſanguine e vena miſſo cruſta inchoans. Alvus bis mota.

Emollientia continuantur.

26 — 29. *Iun.*

Non multum his diebus emendata eſt reſpiratio. Pauca itidem in ſputis ſanguinis veſtigia. At maior in dies in lanquor virium vitalium, quas mixtura ſambucina, et pauxillo denique camphorae erigere tentabamus.

29. *Iun.*

Ab heſterna veſpera maior obſervata eſt inſpirationis libertas. Sputa tamen hinc irde crocea, et frequens tuſſis. At maior nunc virium vitalium ruina.

Rad. ſalap. drachm. una et dimidia cum cort. peruv. unc. I. et dimidia decoct.

30. *Iun.*

Multa noctu inquies. Crebra tussis. Sputa aliqua crocea. Thorax inferior sub profundiori inspiratione fere immobilis. Pulsuum debilitas.

Decoctum salap.

1. *Iul.*

Paulo liberior thoracis elevatio. Tussis frequens. Sputa noctu crocea, nunc glutinosa. Modica pulsuum erectio.

Eadem continuantur.

2—9. *Iul.*

Continuo usu cataplasmatis emollientis, et decocti salap. lente at evidenter secuta est morbi emendatio.

Tussis in dies rarior, sputa puriformia absque striis sanguineis tandem

dem glutinoſa, denique mucoſa. Profundior ſenſim et liberior inſpiratio, coſtis latius a ſe invicem diductis. Rediit pari paſſu vivacitas animi, et pulſuum vigor, tenuiſſima tandem ſuperſtite febricula.

9 — 19. *Iul.*

Cum apparens linguae ſordities erroris in diaeta comiſſi ſuſpicionem ſuppeditaret, aeger per triduum ſambucinis cum drachma una ſalis mirab. Glaub. utebatur. Soluta inde alvo lingua iterum emendata, et naturalis pulſuum celeritas rediit. Solo decocti altheae uſu cura ad finem perducta eſt, et aeger 29 Iulii, 61 m. d. e noſocomio diſceſſit.

Epicriſis.

Longus, atque gravis morbus, quamvis in initio non magna ſymptomatum atrocitas exſtitiſſet. Pulmo

enim et hepar ſubdole fuerunt inflammata, magis tamen pulmones. Acceſſit huic validae pulmonum inflammationi pituitoſa ſimul diatheſis cum virium potius languore, quam exorbitantia coniuncta; unde difficilior curandi methodus reddebatur, ne generoſis antiphlogiſticis maior fieret virium ruina, aut addito ſtimulo intenſior phlogoſis pulmones perderet. Et parum abfuit, quin et emollientiſſima methodo adhibita in ſuppurationem abiret inflammatio. Haec pulmonum latens inflammatio ex ſola fere reſpirationis et ſputorum conditione erat diiudicanda, et illam admodum gravem fuiſſe vel exinde colligitur, quod a cortice peruviano, quamvis eius roborans vis emollientibus obvolveretur, aeger peius ſe habuerit.

VI.

Inflammatorius Hepatis infarctus.

Operarius 60 annorum, miles quondam, ab anno, poſtquam cadens ex alto trabs in caput impingeret, vertiginoſus ſaepe factus, ſubita praecipue tempeſtatum mutatione. Ante ſex menſes ex pleuritide per ſeptem ſeptimanas decubuit. Hucuſque ſanus.

Praegreſſa per aliquot dies cephalalgia, ultima Iun. vino largius hauſto in febrim continuam incidit. Preſſionis ſimul ſenſus circa cardiam, et dolor ad ultimas coſtas ſpurias, tuſſi, inſpiratione et decubitu auctus.

Secunda die alvus diarrhaeica; eadem die tertia perſtante bis bilioſa vomuit.

3. *Iul.* 4. *m. d.*

Caput temulentum. Lingua ex albo flavescens. Thorax liber.

In hypocondrio dextro tumor, et dolor auctus tussi, inspiratione, et decubitu.

Pulsus celer, plenus, fortis, durus, vibransque in dextro praecipue carpo.

Alvus octies posita, urinae coloratiores. Color oculorum et faciei circa nares et labia flavescens, genae rubentes.

Venae sectio unc. X.
Mixtura salina.

4. *Iul.*

Placidus noctu somnus. Lingua alba versus radicem flavescens. Nulla

thoracis oppreſſio, ſputa mucoſa, pauxillo ſanguine ſtriata. Dolor in regione hepatis plurimum imminutus.

Pulſus celer, parum mollior. Sanguis e vena miſſus cruſta pleuritica tectus; ſerum flaveſcens.

Alvus quater poſita, urinae bilioſae.

Decoctum ſalap. cum nitro.

5. *Iul.*

Heri ſera veſpera, cum pulſuum durities augeretur, vena ſecta eſt ad unc. VIII. Nox tranquilla.

Profundior inſpiratio et impedita, et inaequalis, coſtis ſiniſtris citius altiusque diductis. In dextro hypocondrio tuſſis irritamentum. Sputa flaveſcentia, pauca crocea. Hypocondrium dextrum indolens ac molle.

Pul-

Pulſus plenus, fortis, durus, modice celerior. Sanguis e vena miſſus cruſta tectus pleuritica, flaveſcente: ſerum virideſcens.

Vrinae bilioſae, alvus ter mota.

Venae ſectio unc. VII.

Decoctum ſalap.

6. *Iul.*

Eadem inſpirationis profundioris conditio. Tuſſis rara, pauciores in ſputis ſanguinis ſtriae. Maior pulſuum mollities. Abdomen indolens. Sanguinis e vena miſſi cruſta iterum pleuritica.

Vrinae intenſe flavae cum ſedimento mucoſo imperfecte depoſito, alvus bis poſita.

Emollient. contin.

7. Iul.

Nox ſomnum inter et largos ſudores peracta. Liberior inſpiratio leviori doloris veſtigio ſub infimo ſterno ſuperſtite. Pulſus celerior, fortis, durus.

Vrinae multa bile tinctae, alvus ſemel mota.

Eadem remedia.

8 — 23. *Iulii.*

Liberior de die in diem ab emollientium uſu reſpiratio. Thorax et hypocondria indolentia reddita. Pulſuum tandem mollities et naturalis celeritas. Cum flaveſcens continuo, alvo tamen bis terve intra diem poſita, lingua obſideret, mixtura ſalina aeger per aliquot dies utebatur, ut omnis bilioſa materies educeretur. Primis diebus convaleſcens cum e

lecto

lecto ſurgeret, tempeſtate humida et frigidiuſcula obambulans ſub feneſtra aeri ſe expoſuit. Sequenti nocte eryſipelas faciem occupabat, nulla tamen ſuborta febre. Sambucinis intra paucos die eryſipelas profligatum eſt.

At 24 Iul. aeger denuo obambulando refrigeratus ſpirandi iterum difficultatem adſcivit lecto coercendus. Quiete et ſambucinorum uſu altera iam die liberior atque aequalior inſpiratio, brevi omnino naturalis. Sanus 1 Auguſti d. m. 30 e noſocomio diſceſſit.

VII.

Hemoptoe inflammatoria letalis.

Ancilla 19 annorum menſtruiś ab anno fere inordinate fluentibus, a duobus autem ultimis menſibus omnino ſuppreſſis ſecunda Iulii febre, thoracis oppreſſione et tuſſi frequenti corripitur, copioſo mox ac ſanguinis ſputo ſubſequente. Tertia die thoracis oppreſſione iterum aucta vena ſecabatur aliquo cum levamine. Sputa aſſiduo cruenta et continua febris.

6. *Iul.* 5. *m. d.*

Lingua albida. Aſſidua thoracis, ſiniſtri praecipue oppreſſio, per vices aucta. Inſpiratio profunda inaequalis, thorace ſiniſtro ſegnius, et minus alte elevato. Tuſſis frequens, ſputa ſanguine tincta. Difficilis in latum ſiniſtrum decubitus. Pulſus acceleratus, plenus, fortis, durus.

Abdo-

Abdomen indolens, alvus ſemel ab enemate mota.

Calor corporis ſubflaveſcens. Genarum rubor.

Venae ſectio unc. VIII.
Decoctum ſalap. cum nitro tepide.

7. *Iul.*

Noctu minor thoracis oppreſſio.

Mane tuſſis frequens. Largum ſanguinis ſpumantis ſputum. Inferior thorax ſub profunda inſpiratione introrſum tractus. Pulſus celer, plenus, vibrans. Sanguis e vena miſſus cruſta pleuritica tectus. Alvus ſemel mota ab enemate. Vrinae fere naturales cum ſedimento mucoſo.

Venae

Venae ſectio unc. VII.
Cataplaſma emolliens thoraci applicat.
Enema emolliens omni bihorio.

8. *Iul.*

Frequentior iterum mane tuſſis, et copioſa ſanguinis ſputa. Inſpiratio profunda inaequalis.

Pulſus celer, plenus, ſubdurus. In ſanguine e vena miſſo cruſta inchoans.

Alvus ab enemate bis mota. Vrinae iumentoſae cum ſedimento.

Solutio mannae cum cremore tartari.
Emollientium continuat.

9. *Iul.*

Sub profundiori inſpiratione thorax

rax ſiniſter fere immobilis. Tuſſis rara, ſputa nulla. Pulſus naturali vix celerior.

Alvus nonies mota.

Venae ſectio unc. V.
Emollientia.

10. *Iul.*

Frequens noctu tuſſis. At minor thoracis oppreſſio. Aliqua inſpirationis emendatio. Sputa pauca, mucoſa, incruenta. Pulſus naturali vix celerior. In ſanguine e vena miſſo cruſta pleuritica.

Venae ſectio unc. VII.
Emollientia.

11 — 24. *Iul.*

Continuato emollientium uſu parum emendata eſt reſpiratio. Inaequalis enim, et in profunda inſpiratione

tione tuſſi intercepta. Sputa interim mucoſa, et aliqua ſemper pulſuum durities.

24. Iulii, cum maior eſſet pulſuum vibratio et durities venae ſectio unc. VII. inſtituta. Cruſta ſanguinis pleuritica. Eaque ob eandem rationem, levamine nullo ſubſequente 28 Iul. repetita. Eadem ſanguinis conditio.

Nulla, neque ab hac venae ſectione reſpirationis facta eſt emendatio. Sputa tamen rara, et tenuis febricula, perſtante pulſuum modica duritie.

5. *Aug.* 35. *m. d.*

Maior thoracis oppreſſio. Profundior inſpiratio tuſſi interrupta. Frequens pectoralis tuſſis. Sputa ſanguine tincta. Decubitus in latere ſiniſtro, qui antea facilis fuerat, nunc primum difficilis. Siniſtrum thoracis

latus

latus manu percuſſum ſonitum nullum reddens. Pulſus naturali modice celerior, ſubdurus.

Alvus bis mota: urinae naturales. Faciei leuco-phlegmatica circa oculos praecipue intumeſcentia: color terreus.

Decoct. alth. cum liquor.
terr. fol. tart.

6. *Auguſt.*

Aucta continuo oppreſſione thoracis aegra a meridie ſuffocata periit.

Sectio Cadaveris.

Pulmo ſiniſter pleurae coſtiſque membrana ſpuria intermedia firmiſſime adnexa.

Idem pulmo partim adhuc crude inflammatus, partim vomicis pus fundentibus obſitus.

Dexter pulmo in ſuperiori tantummodo parte inflammatus.

OBSERVATIONES

MEDICAE

VARII ARGVMENTI.

EDIDIT

IOSEPHVS EYEREL.

SYLLOGE VI.

VIENNAE ET LIPSIAE,

APVD GEORG PHILIPP WVCHERER.

MDCCLXXXVI.

I.

Hepatitis et Enteritis inflammatoria cum labe biliosa.

Vidua lotrix 52 annorum ante decem circiter dies doloribus dentium vexabatur. Iis cessantibus per triduum commode se habuit. Ante 5 dies, cum ab opera domum redux vinum cum pane assumpsisset, sequenti nocte circa matutina tempora vomitu corripitur saepius per diem suborto, copiosa bile eiecta. Accessit dolor per totum abdomen diffusus, intensior tamen in dextro hypocondrio. Sequentibus diebus rarior sensim vomitus. Febris per hos quinque dies

continua. Heri e vena ſanguinis unciae X eductae.

3. *Iul*, 5. *m. d.*

Totum abdomen, dextrum praecipue hypocondrium acute dolens, attactus externi impatientiſſimum. Abdomen tumidum.

Vomitus ab ultimis 24 horis nullus. Aſſiduus amaror oris. Lingua alba.

Pulſus celer, plenus, fortis, durus, ſubinde intermittens.

Alvus ter noctu poſita. Vrinae paulo coloratiores abſque contentis.

Color corporis et faciei bilioſus, genis rubentibus.

Sanguis heri e vena miſſus cruſta

pleu-

pleuritica tectus, cum multo flavescente sero.

Venae sectio unc. X.
Decoctum alth. cum nitro.
Emulsum ordinarium omni bihorio pro enemate.
Cataplasma emolliens.

4. *Iul.*

Cum alvus heri antimeridiano tempore nulla poneretur, cochlear unum olei Ricini americani exhibebatur. Alvus inde bis mota.

Pulsuum etiam duritie hesterna vespera fere aucta, sanguinis missio repetebatur ad unc. V.

Mane mitior abdominis dolor, rudiorem attactum ferens.

In dextro hypocondrio intensus

dolor,

dolor, per vices exacerbatus, et ad femur uſque deſcendens.

Reſpiratio ob hypocondrii dextri et abdominis dolores impedita.

Pulſus modice celerior, minus vibrans, ſubinde adhuc intermittens.

Sanguis binis vicibus detractus cruſta pleuritica, flaveſcente tectus, ſerum flaveſcens.

Vrinae bilioſae: alvus bis mota.

Os amarum, lingna albida.

Decoct. alth. cum nitro.
Olei Ricini in oxymel. ſimplici ſolutum ʒ de die cochlear.

5. *Iul.*

Heri circa veſperam maior dolorum

rum in abdomine ſaevities, perſtante pulſuum duritie. Inſtituta eſt venae ſectio unc. VI. Non magis tranquille peracta.

Mane et abdomen, et dextrum hypocondrium intenſe, imo et ſiniſtrium, leviter tamen doluit, dolore ſubinde ad femur vagante.

Pulſus celerior, plenus, durus, incerta adhuc lege intermittens,

Sanguis e vena miſſus cruſtam pleuriticam exhibens.

Alvus oleo Ricini ſollicitata ter mota, copioſa. Vrinae paulo coloratiores cum pauco mucoſo ſedimento,

Amaror oris, et albida lingua.

Eadem continuantur.

6. Iul.

6. *Iul.*

Heri circa ſecundam a meridie horam levior et dolorum et febris exacerbatio. Tranquilla tamen inſecuta eſt nox.

Mane intenſus iterum abdominis, dextri praecipue hypocondrii dolor, vel leviſſimi attactus impatiens.

Pulſus celer, plenus, fortis, durus, intermittens.

Alvus bis poſita copioſa, bilioſa.

Sapor amarus, lingua purior.

Venae ſectio unc. VI.
Mannae unc. ij cum crem. tart. unc. dimidia in decoct. alth. Libr. ij ſolut. omni bihorio vaſculum.

7. *Iul.*

Heri a meridie bis vomuit biliosa. Noctu somnus.

Mane abdominis vix ullus, dextri autem hypocondrii mitior dolor, rudiorem etiam attactum ferens.

Pulsus modice celerior, at fortis, subdurus, rarius intermittens. Sanguis e vena missus pleuriticorum.

Alvus 10 mota, biliosa, copiosa. Vrinae coloratiores.

Os minus amarescens.

Decoctum salap. cum nitro.

8. *Iul.*

Dolor hypocondrii sensim mitescens. Thoracis plena libertas.

Naturalis fere pulſuum celeritas; aliqua tamen durities.

Alvus ſemel poſita. Bilioſum in urinis ſedimentum.

Sapor oris pituitoſus.

Eadem continuantur.

9. *Iul.*

Mitis admodum abdominis dolor. Hypocondrium dextrum magis dolens, at rudiorem tamen attactum ferens.

Pulſus naturali, celeritate, at ſubdurus, intermittens.

Alvus bis mota. Vrinae ſanorum.

Venae ſectio unc. V.
Emollient. continuatio.

10. *Iul.*

Ab aliquot iam diebus vespertina, levior tamen, doloris exacerbatio. At hesterna vespera ea fuerat saevities, ut vel levissimum attactum non ferret. Secta vena est unc. X. Antelucano primum tempore modica doloris remissio.

Mane mitior hypocondrii dextri dolor, ad femur usque errabundus, abdomen vix non indolens.

Pulsus celerior, subdurus. Sanguis e vena missus pleuriticorum.

Alvus semel posita.

Vesicans hypocondrio dextro applicatum: cataplasmate emolliente superimposito.

Decoctum salap.

11. *Iul.*

Heri vefperi biliofa vomuit, modica quantitate. At nulla vefpertina doloris exacerbatio. Placida noctu quies.

Dolor hypocondrii dextri plurimum mitigatus, rudiorem ferens attactum.

Pulfus naturali celeritate, minus durus, intermittens tamen.

Mucofum in urina fedimentum. Alvus foluta.

Sambucina.
Cataplafma emolliens.

12 — 19. *Iul.*

Veficans dolenti lateri iam per biduum impofitum nullas excitaverat veficas. Infigne tamen fubfecutum eft levamen.

Dolor

Dolor hypocondrii rudiorem etiam attactum ferebat.

Naturalis ferme pulſuum conditio. Alvus tamen ſegnior.

Aegra nunc utebatur per aliquot dies mixtura ſalina, ſolutione poſtmodum mannata, alvum blande, et cum aegrae levamine ducente.

19. *Iul.*

Dolor in dextro hypocondrio recruduit, attactus ſumme impatiens. Oppreſſionis etiam ad cardiam aſſiduus.

Pulſus acceleratus, ſubdurus.

Venae ſectio unc. VI.
Decoctum ſalap.
Cataplaſma emoll.

20. *Iul.*

Mitior et oppreſſio, et dolor. Va-

gus

gus nunc dolor, et thoracis latera, et brachium potiſſimum occupans.

Exigua pulſuum celeritas. Sanguis e vena miſſus pleuriticus.

Emollient. continuat.

21. *Iul.* — 5. *Aug.*

Plurimum ſenſim miteſcebat dolor hypocondrii. Rediit abdomini mollities, et tenuis tandem febricula.

At vagi dolores nunc femur, nunc thoracis latera, tandem et ipſam faciem in dextro latere pone tempora et maxillam inferiorem, tumore ibi levi ſuborto, dire vexabant.

Vtebatur aegra ſambucinis, addito ultimis binis diebus grano uno tartari emetici.

5. *Aug.* 38. *m. d.*

Hesterna vespera manifesta et doloris iterum in hypocondrio dextro; itemque oppressionis ad cardiam sensus et febris exacerbatio.

Recrudescens ad cardiam dolor, vomitus assumptorum; os amarum; alvus quater posita.

Pulsus ferme naturalis.

Vagi artuum superiorum dolores.

Sambucina cum tartaro emet.
Vesicans doloris regioni applic.

6. *Aug.*

Doloris relicto abdomine ad thoracem migratio. Spiritus difficultas, et oppressio.

Abdo-

Abdomen molle, indolens. Alvus octies mota. Brachii etiam dextri vexatio.

Pulsuum naturalis celeritas.

Sambucina cum spiritu Mindereri.

7 — 8. *Aug.*

Vomitus assumptorum. Assidua thoracis oppressio. Nullus artuum dolor. Alvus semel mota. Febris nulla.

Vesicans ad nucham.
Mixtura salina.

Altera die minor oppressio, ut aegra e lecto interdiu surgebat.

At circa vesperam manifesta iterum febris et oppressionis exacerbatio. Artuum etiam superiorum dolores.

lores. Hinc 7 Aug. Veficans denuo ad nucham applicatum.

Mixtura falina continuata per aliquot dies, alvo inde 8 — 10 mota, dolores artuum fenfim evanuere. Perftabat tamen thoracis oppreffio, et difficilior fpiratio.

Propinabatur tunc Mixtura: aqua petrofelini cum liquore terrae foliatae tartari, et oxymelle fquillituo.

Largum inde urinarum profluvium, et levior de die in diem refpirationis difficultas. Continuato remedii huius ufu aegra tandem fanata 25. Aug. 58. m. d. e nofocomio difceffit.

Epicrifis.

Rheumatico-inflammatoria fuit hepatis et inteftinorum affectio. Saepius recruduit dolor, quamvis gene-

rosam antiphlogisticam methodum opposuimus. Inflammatione vero iam fracta rheumatica materies in corpore huc illucque oberrabat. Vesicans prima vice applicatum nullas excitabat vesicas; at postea, cum strigosa anilis cutis emollienti cataplasmate continuo fota, mollescere incipiebat, optimum ad eliminandam acrem materiam remedium fuere epispastica.

In fine metus erat, ne ob morbi diuturnitatem aquae colligerentur in thorace. Lenioribus diureticis urinam movendo, incipiens serosa colluvies dissipabatur.

II.

Latens pulmonum, et hepatis inflammatio cum metu imminentis phthyſeos.

Vir 64 annorum, potator ſtrenuus iam a longo tempore haemorhoidibus caecis vexatus, ante 3 ſeptimanas exigua febricula catarrhoſa corripitur, ſputis copioſis tuſſi frequenti eiectis. Remediis variis utebatur abſque morbi levamine.

2. *Aug.* 20. *circiter m. d.*

Thorax in profundiori inſpiratione non omni modo libere elevatus; tuſſis pectoralis, ſputa puriformia, pauxillo ſanguine tincta. Tuſſis nunc rarior; raucedo.

Levior oppreſſionis ad cardiam ſenſus, attactu externo rudiori auctus.

Pulſus celerior, fortis, durus.

Lingua albido - flavescens.

Decoct. salap. tepide.

3. *Aug.*

Inaequalis profundior inspiratio. Tussis pectoralis. Sputa puriformia, quaedam purulenta. Doloris ad cardiam sensus.

Pulsuum celeritas et durities.

Alvus 10 mota, copiosa. Vrinae ferme naturales.

Emollient. continuatio.

4. *Aug.*

Tussis rarior, sputa quaedam purulenta. Inferior sinistri thoracis pars minus alte elevata.

Pulsus celerior subdurus.

Alvus quinquies mota.

Lingua alba, leviſſime flaveſcens.

Emollientia.

4 — 19. *Aug.*

Maior noctu incaleſcentia. Oppreſſio ad cardiam ſenſim evanuit, ſputorum conditio quoque emendabatur, et pulſuum naturalis rediit conditio ſub continuato emollientium tepidorum uſu. Alvus tamen omni die 4—5 movebatur.

17 — 19 Aug. levior veſpertina obſervata eſt exacerbatio. Sudatiunculae inſuper nocturnae, virium debilitas, et carnium conſumptio, et aliqua iterum pulſuum acceleratio. Rara interim tuſſis, et liberior thoracis elevatio. Hinc decoctum corticis peruviani aegro exhibebatur, cuius

uſu

uſu veſpertinae exacerbationes ſiſtebantur, et vegetior reddebatur pulſus.

24. Aug. tempeſtate frigidiori diutius e lecto degens noctu itetum tuſſi frequenti vexabatur. Celerior altera die pulſus, et ſputa quaedam purulenta. Solo tunc emollientium uſu continuato aeger 4. Septemb. ad ſuos rediit.

III.

III.

Colica Pictonum rheumatico - inflammatoria.

Pictor 32 annorum ante novem menſes ex colica Pictorum decumbens ſanabatur. Ante ſex ſeptimanas dolor iterum abdomen vexabat, alvo ſuppreſſa, frigore caloreque alternantibus. 29 Iulii ſumma dolorum ſaevities, vomitus frequens bilioſus, et continua in hanc uſque diem febris.

2. Aug. 5. m. d.

Vomitus a binis diebus nullus. Lingua albido - flaveſcens. Thoracis libertas.

Abdomen, in regione praeſertim umbilicali, acutiſſime dolens, attactus impatientiſſimum.

Alvus

Alvus noctu, ut praegreſſis diebus, non niſi enemate mota.

Pulſus celer, plenus, durus, vibrans.

Vagi artuum dolores.

Venae ſectio unc. VIII.
Cataplaſma emoll.
Enema emoll.
Decoctum alth.

3. *Aug.*

Dolor heri a meridie miteſcens, noctu iterum plurimum exacerbatus. Mane iterum remiſſior factus, paulo rudiorem attactum ferens.

Pulſus naturali modice celerior, minus durus. Sanguis e vena miſſus cruſta pleuritica tectus.

Alvus bis mota. Vrinae ferme naturales. Vagus artuum dolor.

4—10. *Aug.*

Evanuit ſenſim abdominis dolor, febre tandem exigua, ſpontanea alvo, vago tantum artuum dolore ſuperſtite, ut convaleſcere aegrum dixeris.

At 10 Aug. ſera nocte ob eiulatum parturientis, in contiguo conclavi, foeminae, aeger expergefactus repente ſaevis abdominis doloribus corripitur, cum pulſu accelerato, pleno ſubduro.

Emolliens dabatur, tepiduſque potus; abdomen etiam emolliente cataplaſmate fovebatur. Iis remediis per biduum continuatis, dolore tamen exacerbato die 12. Aug. Venae ſectio inſtituebatur unc. VII. Sanguis cruſtam pleuriticam exhibuit.

Miteſ-

Miteſcebat dolor, at moroſior perſtabat alvus non niſi enemate movenda. Vagi etiam artuum dolores.

Olei Ricini per aliquot dies, ter de die cochleari uno, exhibito, ſpontanea facta eſt alvus. Dolor omnis evanuit, mollities abdominis rediit, et aeger 23 Auguſti, 26 morbi die, ſanus diſceſſit.

IV.

IV.

Febris continua remittens in intermittentem desinens.

Observatio I.

Mulier 38 annorum, multarum prolium mater, per annum ferme rheumaticis doloribus vexata, ante novem menses febre continua corripitur, omni altera die manifestius exacerbata. Comitabantur febrim cephalalgia, amaror oris, dolores artuum rheumatici, doloris quoque ad cardiam sensus, attactu externo auctus. Remediis aegra utebatur nullis.

1. *Aug.* 9. *m. d.*

Dolor per totum caput diffusus, attactu externo auctus.

Assiduus amaror oris. Lingua ex albo flavescens. Vrinae coloratiores,

alvus

alvus ſemel mota. Color corporis et faciei flaveſcens.

Pulſus celerior, ſubdurus, idque magis in ſiniſtro carpo.

Thorax liber; abdomen molle.

Mixtura ſalina.

2. *Aug.*

Heſterna veſpera circa ſeptimam, manifeſtior febris exacerbatio. Noctu ſomnus.

Caput minus affectum. Os amarum, flaveſcens lingua.

Alvus quinquies mota; urinae coloratiores.

Modica pulſuum celeritas.

Eadem mixtura.

3. *Aug.*

3. *Aug.*

Heri totam diem aegra ſine omni febre tranſegit. Circa nonam veſpertinam paroxiſmus febrilis rediit, conſuetis intermittentium febrium ſtadiis abſolutus. Reliqua nox ſomno peracta.

Alvis bis mota.

Pulſuum naturalis ferme celeritas.

Decoctum ſolvens, cúm ſale mir. Gl.

4. *Aug.*

Circa mediam noctem intenſa ſitis, calore magno et largis ſudoribus obortis.

Lingua alba, os minus amarum.

Alvus

Alvus bis mota. Vrinae iumentoſae, cum ſedimento lateritio.

Solventia.

5. *Aug.*

Nullus heri paroxiſmus rediit.

Lingua leviſſime albida; naturalis pulſuum celeritas. Alvus ſemel mota.

Solventium continuatio.

6—18. *Aug.*

Neque nocte vel levis rediit paroxiſmus. Exhibebatur electuarium antifebrile.

Sub uſu huius remedii omni altera die, quo redire debuiſſet febris, magna aegram invaſit in ſomnum prodivitas. Hac etiam ſenſim evaneſcente, cortex in pulvere dabatur.

19.

19. *Aug.*

Cephalalgia. Os amarum. Lingua leviter flavefcens.

Vrina coloratior, alvus 2 mota.

Pulfuum celeritas

Mixtura falina.

20. *Aug.*

Oppreffionis ad cardiam fenfus.

Levis amaror oris. Vrinae biliofae. Alvus 9 mota.

Pulfus celerior.

Vagi artuum dolores.

Mixtura falina.

21 — 24. *Aug.*

Continua ad cardiam oppreſſio.

Vrinae intenſe flavae. Alvus bis poſita.

Tenuis febricula. Artuum dolores.

Cutis in abdomine inſignis ſcabrities.

Sambucina.

Eadem fere ſequenti biduo rerum conditio.

24 — 30. *Aug.*

Hac nocte copioſa in abdomine miliaria apparuere.

Mane nulla ad cardiam oppreſſio. Vix ulla pulſuum celeritas.

Vrinae

Vrinae minus biliofae. Alvus bis mota.

Sambucina cum fpiritu Mindereri.

Sequenti nocte maior adhuc miliarium copia apparuit, cum infigni aegrae levamine. Eodem quoque remedio continuato aegra fana difceffit.

Obſervatio II.

Scriniarius 26 annorum 18 Iul. hauſta mane cereviſia, mox frigore, et dolore ad cardiam corripitur. Secta ea die vena, et aſſumptis diaphoreticis valida noctu incaleſcentia. Continua hucuſque febris omni altera die manifeſtius exacerbata.

26. *Iul.* 9. *m. d.*

Circa quartam matutinam frigus aegrum corripuit.

Aſſiduus in regione ventriculi, verſus dextrum hypocondrium dolor, acutus, attactum non ferens.

Pulſus celer, plenus, fortis, durus.

Lingua albida, os amareſcens. Tuſſicula, viſceralis. Alvus diarrhaeica. Vrinae naturales,

Color

Color faciei dilute flavescens. Genae rubentes.

Venae sectio unc. X.

Decoctum salap.

27. *Iul.*

Hypocondrium indolens, levis ad cardiam oppressio, rudiorem ferens attactum.

Pulsus ferme naturali celeritate, minus fortis, subdurus. Sanguis e vena missus sine crusta, compactus.

Alvus quater mota.

Decoctum salap.

28. *Iul.*

Levior circa 5 matutinam febris exacerbatio.

Abdomen indolens; alvus ter posita.

Mixtura salina.

29. *Iul.*

Lingua levissime albescens.

Alvus ter mota; lateritium in urina sedimentum.

Pulsus naturalis.

Eadem continuantur.

30. *Iul.*

Levissima mane febris accessio.

Continuatis solventibus plena apyrexia sequebatur, et febris mox ipsa intermittens peritus emansit.

Epicrisis.

Epicrisis.

Saepius in huius anni decursu remittentes febres, non tamen ea frequentia, ut prioribus annis, vidimus, eo quod universim minor fuerat biliosarum febrium extensio. In febribus remittentibus, dum continuae febri medemur, id fieri solet, ut aut intermittens tota dispareat, superstite continua; aut continua sanetur, sola intermittente relicta; subinde utraque simul subagitur. Rarius id contingit, ut remittens febris in continuam alterius indolis, quam quae ab initio sociata fuerat, transitum faciat.

Huius transitus exemplum in prima observatione habuimus, febre in initio intermittente cum biliosa continua coniuncta. Disparuerat continua, remanserat intermittens, quae tandem cortici peruviano cesserat.

At

At inopinate aegra, quin aliquis in diaeta commiſſus error potuerat detegi, in febrium iterum continuam incidit, biliofae ab initio indolis, ac ſi natura materiam morboſam partitis vicibus expellere tentaret. Neque id adeo mirum eſt, cum bilioſam epidemiam obſervarit *Praeceptor*, qua durante ferme omnes aegri, accuratiſſimo etiam ſervato regimine, recidivas patiebantur.

Hoc etiam in noſtra aegra, ut videtur, contigit. At materia, maxima parte, expulſa, febris continua in febriculam deſiit miliaribus ſubortis iudicatam.

In ſecunda obſervatione intermittenti continua inflammatoria febris iuncta fuit. Abſterſa, antiphlogiſtica generoſa methodo phlogoſi, intermittens ſuperſtes ſolis ceſſit ſolventibus.

V.

Arthritis anomala.

Medicinae ſtudioſus 23 annorum a pluribus annis ſtranguria vexabatur, urina turbida, iumentoſa miſſa. In puerili aetate a diuturna opthalmia male curata monoculus factus. Ante 9 menſes ex febre decubuit vario ſpaſmorum genere ſtipata. Poſtea in diarrhaeam incidit, quae ipſa tandem in dyſenteriam abiit. Praeterea ab aliquot annis validiſſimis ſaepe cordis palpitationibus corripiebatur, ſeu quietum, ſeu in motu poſitum corpus haberet. Noctes praeſertim fuerunt inquietae ob gravia inſomnia. Per multas ſeptimanas gravius iterum urgebant ſymptomata, et aeger iam de cordis polypo ſibi fecerat hypotheſin.

14. *Martii.*

Dolor per totum caput diffuſus. Vagi artuum dolores.

Tho-

Thorax liber, abdomen molle.

Pulſus celer, plenus, vibrans, ſubinde naturali prorſus celeritate.

Cutis perſpirabilis.

Venae ſectio unc. VIII.
Decoct. alth. cum nitro et ſyrupo e baccis ſambuci.

15. *Martii.*

Tranquilla nox.

Dolor capitis. Lingua modice flaveſcens.

Thoracis oppreſſio, profunda tamen, et aequalis inſpiratio. Cordis palpitationes.

Alvus inter colicos dolores bis poſita. Vrinae naturales.

Eadem

Eadem ac heri pulſuum remiſſio. Sanguis e vena miſſus cruſta rheumatica tectus.

Idem decoctum.

16. *Martii.*

Deglutitio impedita; minor thoracis oppreſſio.

Vagi artuum ſuperiorum dolores.

Eadem ac heri pulſuum conditio.

Sambucina.

17—18. *Martii.*

Caput minus dolens. Levior thoracis oppreſſio; et rariores cordis palpitationes. Nullus artuum dolor. Iidem remittentes pulſus.

Eadem remedia.

19—20. *Martii.*

Diffuſus iterum intenſus per caput dolor. Vagi artuum dolores. Oppreſſio thoracis cum profunda inſpiratione. Cordis ſubinde palpitationes. Pulſuum eadem conditio.

Sambucina.

21. *Mart.*

Thoracis oppreſſio. Diffuſus in dextra thoracis regione dolor. Palpitatio cordis frequens. Dolores artuum inferiorum.

Pulſus celer, plenus, fortis, ſubdurus.

Alvus ter mota.

Venae ſectio unc. VIII.
Decoct. Salap.

22. *Mart.*

Minor thoracis oppreſſio. Cordis rarior palpitatio. Levior etiam in thoracis latere dolor.

Antiphlogiſtica ſambucinis iuncta.

23. *Mart.*

Noctu materies arthritica fauces occupabat.

Palpitatio cordis per vices, at rarius.

Vagi artuum dolores. Pulſuum vibratio.

Iiſdem remediis continuatis, et palpitationes, et artuum dolores rariores evaſere. Aeger cum inſigni levamine 27 Martii domum rediit, admonitus,

monitus, ut horum remediorum usui per aliquod tempus insisteret.

Epicrisis.

Mobilissima haec arthritica materia, per annos iam et urinarias vias, et cordis quoque nervos irritabat, ut pro polypo, et aegro, et medicis imponeret.

In eiusmodi anomala arthritide cura omnis in sequentium observatione versatur.

I. Curandum est, ne febris, quae hanc morbi anomaliam comitatur, exorbitet, aut plus iusto depressa sit; illam enim deprimere, hanc autem erigere oportet. In primo casu methodus antiphlogistica, plus minusve generosa, in altero leniora excitantia conveniunt.

II. Viae omnes apertae ſervari debent, ut materies morboſa evacuari commode poſſit. Vrina movetur potu largo, ſambucinis etc. Alvus lenioribus eccoproticis ſollicitanda; perſpiratio autem potu calido, ſambucinis etc. promovenda. Materia autem morboſa, ſi ad partem quandam deponi incipiat, pars illa fovenda et ad materiae illius ſuſceptionem, praeparanda eſt.

III. Motus erronei reducendi ſunt, et urgentioribus ſymptomatibus eſt proſpiciendum.

In omni febre indeterminata, indirecta medendi methodus adhibenda est, quae in iusto febris, excretionum, et symptomatum urgentium moderamine consistit.

Parca urinae et alvi, aut etiam involuntaria excretio; pervigilium, delirium, tendinum saltus, manuum ad attactum medici retractatio inscio aegro, masticatio assidua, musculorum faciei et colli ex alterutra parte quasi paralysis, mala sunt in febribus signa; omnium autem pessimum est diductis narium pinnis spiritum trahere: depositionem enim ad encephalum instare, aut iam factam esse notant.

In morbis pectoris inflammatorio de respirationis negotio maxime nos

sol-

follicitos nos esse oportet; saepe enim sola inspirationis inaequalitate, et sputorum conditione de latente pulmonum inflammatione admonemur.

Neglecta catarrhi inflammatorii medela frequentissima peripneumoniae latentis origo.

Nocent in hac pulmonum affectione roborantia, equitatio, et spes omnis in continuato diu emollientium potuum usu, et in summa corporis, animique tranquillitate ponenda est.

Febris puerperarum non est febris suis generis, sed in castra epidemica transit. Hinc medicorum dissensus

ſus de varia huic febri medendi methodo explicari poteſt.

Febres remittentes in continuam, et in intermittentem, quaſi in elementa ſua, reſolvuntur. Vtriuſque febris curam habere debet medicus.

Dum continuae febri medemur, ſaepe intermittens ſola remanet, cortice peruviano tunc profliganda.

Hinc et inflammatoriae, et bilioſae, et pituitoſae cum intermittentibus connubia intelliguntur.

Peſſima autem ſunt peripneumoniae et intermittentis febris connubia.

bia. Dum enim febrim intermittentem ſupprimere animus eſt, phlogoſis augetur. Generoſa vero antiphlogiſtica methodo inflammationi oppoſita; ipſi intermittentis paroxiſmi, pulmonibus exitium afferunt.

In colica Pictonum et involvens, et evacuans, et narcotica methodus ſuam habent in medendo opportunitatem; et plerumque omnium harum connubio opus eſt.

In omni colica pictonum, ſi diutius duraverit, inteſtinorum inflammatio accedit.

In viſcerum abdominalium inflammationibus frequens pulſuum fallaci-

tas; fictitie enim debiles post factas demum sanguinis evacuationes assurgunt.

Ambigua saepissima sunt saburrae turgentis signa; hepar enim affectum, stimulus inflammatorius abdominis visceribus inhaerens, secundum non raro mentiuntur febris biliosae stadium.

Inflammatoria febris si biliosae iungitur, inflammatoriae prima habenda est ratio. Duplex est febrium biliosarum stadium: unum materiae morbosae sanguini permixtae, ad exitum nondum praeparatae: alterum materiae ad exitum praeparatae, et ad primas vias depositae, atque sursum, vel deorsum turgentis. Quo turget, eo est ducenda.

Raro hepar inflammatorie eſt adfectum, quin et in pulmone illius lateris inflammatorius infarctus adſit.

Morbus in initio neglectus, et varia febrium complicatio, acutorum curationem difficillimam reddunt.

Febris pituitoſae optimum ſignum pathognomonicum eſt, ipſius febris lenis ad ſpeciem decurſus.

Et haec ipſa febris ſubinde cum inflammatoria febre iungitur, et inflammatoriam quoque in hanc pituitoſam tranſiiſſe vidimus.

Huic febri ſolemne eſt miliaribus indicari.

Tuſſicula catarrhoſorum, frequens, abſque noto pulmonum vitio, fidiſſima miliarium exanthematum praenuntia eſt.

Vniverſim apparentibus in cute exanthematibus ad febrim principem omnis cura dirigenda eſt, eaque perſanata, exanthemata quoque diſparent.

Qui febre morbilloſa laborant, noſtris in terris potiſſimum peripneumonicorum inſtar antiphlogiſtica methodo ſanandi ſunt.

Varia

Varia datur febrium in eodem aegro fucceffio, ut attentus medicus morbi veftigiis, non autem, formatae in initio febris notioni infiftere debeat.

Declinante conftitutione annua, illiufque in aliam tranfitu, duplex habetur febrium genus, unum antiquae conftitutionis, alterum ingredientis novae.

Febris quaecunque cardinalis fi in corpus nimium irritabile inciderit, ex quacunque demum caufa aucta fuerit irritabilitas, varias ludit tragoedias; *ftatus* hic *nervofus* dici poterit, ut ergo *febris nervofa acuta* quorundam, non fit fui generis febris, fed potius concomitans alterius febris fymptoma. Eaque febre fanata, turbae

turbae quoque ab aucta irritabilitate oriundae optime ſedantur.

In febribus inflammatorio rheumaticis, inflammatorio adhuc ſtimulo praevalente, a medicamentis ſtimulantibus abſtinendum eſt. Fracta inflammatione veſicantibus, et tartaro emetico, ſcopo alterante, ad eliminandas rheumatis reliquias utimur.

Infauſta in morbis acutis criſis per parotides. Magna, in utroque latere parotis, et irritando, humorum ad encephalum raptum accelerant, et mole ſua, premendo, apoplecticas mortes inducunt. Spes omnis in emollientiſſimis remediis poſita eſt.

Depofitiones ad encephalum faepe omnino non praevideri, aut praevifae etiam, raro averti poffunt.

Latens pulmonum inflammatio ob morbi lenitatem, five febrim, five oppreffionis fenfum refpicias, et aegros, et medicos faepe fallit. In longo emollientium potuum, parvis et iteratis venae fectionibus, animi corporifque quiete, falus.

Convalefcentium cura, protracta ut plurimum medendi methodus effe debet, quam in initio, inventa ad artis regulas morbi *notione practica*, indicatam effe iudicavimus.

In

In febribus inflammatoriis praecipue, cum topica alicuius visceris inflammatione, longior emollientium antiphlogisticorum usus adeo est necessarius, ut ob eam cautelam neglectam, frequentissimi et pessimi relapsus observentur.

In febribus biliosis subinde nulla in secundo stadio aut sursum aut deorsum turgescentia observatur. Fieri id solet, cum materia partitis vicibus, aut sponte, aut arte, per alvum eliminatur.

Omnium ultimo in febribus lingua emendatur.

Qui

Qui ex colica Pictonum aliquando decubuere, ſanati etiam, ſi dein acuto morbo corripiuntur, in ſpaſticas omnis generis, nervoſi ſyſtematis, affectiones proclives ſunt.

Ad expellendam vermena Taeniam, efficaciſſimum eſt methodi involventis, olei praeſertim Ricini americani, et methodi evacuantis, ſpecifici Noufferiani, connubium.

At expulſa etiam verme, id fieri oportet, ut, reſtauratis viribus coctricibus, *verminoſa diſpoſitio* tollatur.

Hae ſunt potiſſimum practicae poſitiones, quarum veritatem repetitis

vicibus

vicibus in ſchola clinica, hoc anno, fuimus edocti. Minus equidem ferax fuit hic annus, morborum ſi ſpectes varietatem et inſolentiam. Longum enim iam a pluribut annis *ſtationariae febris*, quae rheumatico-inflammatoriae indolis erat, imperium, tot aegros obtulit, omnes rheumate, at modo hoc, modo illud viſcus occupante, vexatos. Hinc antiphlogiſticae methodi, generoſae ut plurimum, ampliſſimus fuit uſus. Frequentiſſima criſis per miliaria obſervabatur, quae vix non ſemper catarrhoſam tuſſiculam praenuntiam habuerunt. Praeterea in omnibus ferme aegris ſedimentum in urina mucoſum conſpiciebatur.

Complicatio huius febris rheumatico-inflammatoriae, multiplex fuit; cum

cum biliofa plerumque, fed etiam, quod rarius contingit, cum pituitofa, imo in eam tranfiit.

Epilogus.

Habetis hic, artis clinicae cultores aeſtumatiſſimi, obſervationum medicarum ſylloges, quibus ea potiſſimum continentur, quae ad aegrorum lectos, in hoc anni ſcholaſtici curriculo, in ſchola clinica acta ſunt, atque vobis ipſis, una mecum, intueri licuit. Ad febrium doctrinam, quae et ampliſſima eſt, et maximae ad chronicos etiam ſanandos morbos utilitatis, hae obſervationes potiſſimum pertinent. Iuvabit vos quondam meminiſſe, ſi veſtrae curae aegrorum vita ſaluſque traditur, quo *Duce* utebamur

mur in eruenda ex ipſis aegris febrium hiſtoria; et quanta fuerit *Praeceptoris Optimi* in clinicis ſuis inſtitutionibus, et animi contentio, et in explananda morborum doctrina perſpicuitas, ut medicos vos efficeret, quam optimos. Vos potiſſimum alloquor, praeſtantes et ingenio, et animorum integritate Iuvenes, qui in artis noſtrae incrementa nati, *Praeceptoris* doctrinam, ea attentione excipere, tantoque ſtudio perſcrutari ſolebatis, ut in veſtra quondam peritia et humanitate, firmiſſima habeantur adverſae valetudinis praeſidia. Quod eo magis exoptandum eſt, cum noſtra potiſſimum aetate, et docti et indocti,

de

de Medicinae dignitate, et de methodo illam addiſcendi, tenuiter admodum ſentiant: ut enim omnia praeclara, rara ſunt; ita Medici quoque, qui non ex auri fame ſapiunt, ſed ex artis, quam perficere ſtudent, praeſtantia, rariſſimi.

Synopsis.

Sylloge I.

Praemittitur methodus examinandi aegros.

I. Indirecta febribus medendi methodus.

II. Peripneumonia letalis. Pulmonum inflammatorum conditio.

III. Status in febribus nervosus a depositione ad encephalum facta.

IV. Variae inflammationum thoracis formae.

Sylloge II.

I. Medicorum dissensus de indole febris puerperarum.

II. Infausta peripneumoniae, et febris intermittentis connubia.

III. Varia colicae Pictonum medendi methodus.

IV. Inflammatoria febris cum serosa colluvie ex praegressa intermittente tertiana.

V. Rheuma ad hepar et intestina conversum.

VI. Enteritis cum hepatitide et peripneumonia.

VII. Subdola pleuritidis latentis origo.

VIII. Peripneumonia sub specie febris biliosae in initio delitescens.

IX. Graves quaedam in curandis febribus difficultates.

Sylloge III.

I. Ambigua ſaburrae turgeſcentis ſigna.

II. Sectio cadaveris peripneumonia defuncti.

III. Diverſa genii epidemici facies.

IV. Febrium in eodem aegro ſucceſſio.

V. Mors improviſa a vero cordis polypo.

VI. Status nervoſus in febribus acutis.

VII. Nonnulla de verme Taenia.

Sylloge IV.

I. Quaedam in variolarum inſitionem animadverſiones.

Et naturales quoque variolae inſitae ſunt.

Commoda inſitionis.

Nulla praeparatio, optima est praeparatio.

Modus inoculandi.

Diverſa ſtadia variolarum inſitarum.

Stadium ebullitionis.

Febris varioloſa primaria.

Stadium eruptionis.

Stadium maturationis.

Stadium exareſcentiae.

Stadium deſquammationis.

II. Febris bilioſo-putrida, accedente pulmonum inflammatione.

III. Haemorrhagia uteri, a rheumate illic depoſito.

IV. Vomitus ab infarctu lento hepatis.

V. Infaufta crifis per parotides.

VI. Commendatio olei Ricini americani in colica Pictonum.

Sylloge V.

I. Febris pituitofa febri inflammatoriae fuccedens.

II. Peripneumonia cum febre biliofo-putrida complicata letalis.

III. Exanthema urticatum.

IV. Inflammatoria vifcerum affectio, cum labe biliofa.

V. Latens pulmonum inflammatio.

VI. Inflammatorius hepatis infarctus.

VII. Haemoptoe inflammatoria letalis.

Sylloge VI.

I. Hepatitis et Enteritis inflammatoria cum labe biliosa.

II. Latens pulmonum et hepatis inflammatio, cum metu imminentis phthyseos.

III. Colica Pictonum rheumatico-inflammatoria.

IV. Febris continua remittens in intermittentem desinens.

V. Arthritis anomala.

Positiones practicae.

Epilogus.

Synopsis.